

Domui Permagniae in proximo futuro Capitulo Generali, sub poena duplici, nec dicat se pauperem, quia non faciliter crederetur. (Pr. Cathaloniae).

1295.- 1559: (Monitio ad Domum Vallis Viridis quae volebat novam Domum erigere):.....melius ac honestius est parvas Domo-
mos, sive Monasteria Ordinis restaurare et perficere quam nova erigere...(et cogitur ad eleemosynas largiendas in favorem pauperum Domorum suae Provinciae). (Pr. Franciae).

1296.- 1584: In Domo de Covis: Juxta Novam Statutorum Collectionem, fiant eleemosynae, nonobstante quacumque ordinatione. (Pr. Castellae).

=====

EMENDATIO A SUPERIORE:

1297.- 1441: Et D.N...taliter se studeat emendare ut Capitulum amplius de factis suis non vexetur. (In Domo Montis Dei - Pr. Picardiae propinquioris).

1298.- 1444: Injungimus D.N...ut Priori suo obediat, et de caetero quiete vivat in silentio et pace, carnales affectiones devitando, suam operetur salutem, nec litteras aliquas sine licentia Prioris sui alicui mittat. (In Domo de Henton - Pr. Angliae).

1299.- 1444: Et D.N...secundum formam Ordinis composite se teneat et religiose, alioquin Prior coerceat ipsum disciplinis et poenis, etiam si opus fuerit et carcere. (In Domo Vallis Sancti Mauritii in Gyrio - Pr. Alemaniae Superioris).

1300.- 1444: Et Conversi Domus Throni B. Mariae in Gemniko, de quampluribus inordinationibus per Visitatores notati se studeant efficaciter emendare si sui dispersionem per Domo-
Ordinis sub gravibus disciplinis voluerint evitare. (Pr. Alemaniae Superioris).

1301.- 1449: Et D.N...revertatur ad Domum suae Professionis, et taliter in eadem conversetur quod valeat in pace exemplari finire dies suos. (In Domo Vallis Benedictionis - Pr. Provinciae).

1302.- 1449: Priori Domus in Pomerania injungimus ut quantum poterit insolentiam et dissolutionem quorundam Monachorum taliter compescat ut circa hujusmodi Capitulum Generale strictius non agat, alioquin sibi inobedientes, Visitoribus et

[1303] EMENDATIO

Capitulo describat, et taliter adhibebitur remedium quod cedet caeteris in exemplum. (Pr.Saxoniae).

1303.- 1451: Et nisi Fr.N...de perversitatibus et inobedientiis
=== suis se rationabiliter emendaverit, taliter per disciplinam Ordinis per Priorem puniatur ut animae suae in remedium et aliis cedat in exemplum. (In Domo in Tüchelhausen - Pr. Alemaniae Inferioris).

1304.- 1469: Et D.N.. Monachus Domus in Gemniko studeat super
=== sui custodia et teneat Ordinis Statuta in timore Domini. (Pr.Alemaniae Superioris).

1305.- 1474: Et quia Prior Domus prope Londonias, ut fertur, in-
=== solenter conversatus est, etiam circa Domum sua tolerando venationes aliasque inordinationes, monemus eum ut amodo se emendet, et tales levitates de caetero non admittat. (Pr.Angliae).

1306.- 1500: Et D.N...vivat pacifice et religiose, aliter incar-
=== ceretur. (In Domo Montelli - Pr.Tusciae).

1307.- 1512: Et D.N...vadat ad Domum Sellionis ibique studeat pa-
=== cifice quieteque vivere, ne sentiat Ordinis disciplinam austeram. (Pr.Burgundiae).

1308.- 1527: D.N...licet acrius foret corripiendus ac corrigendus
=== propter inquietam conversationem suam, multis annis continuatam, monemus, et secundum Pauli doctrinam, propter senium obsecramus ut patrem, quatenus suae vocationis et senectutis memor, de caetero quietam vitam agat, ut paululum vitae quod illi superesse creditum est, in pace et charitate Dei et proximi deducat, alias Ordo providebit. (In Domo Fontis Beatae Mariae - Pr.Franciae).

1309.- 1533: Et D.N...revertatur ad Domum suae professionis Val-
=== lis Pisis prout petit, et pacifice et religiose vivat, secundum scripta et promissa sua. (Pr.Lombardiae propinquioris).

1310.- 1547: Et D.N...studeat emendationi morum suorum, et in
=== Domo se stabiliat, nec discursibus suis gravet Domum suam, alias Ordo providebit, curetque Prior erga quosdam inordinatos observari quae per Visitatores novissimos ordinata sunt. (In Domo Parci - Pr.Franciae).

1311.- 1547: Et D.N...conformet se caeteris in frequentando Ec-
=== clesiam, Capitulum et Refectorium. (In Domo Trajecti - Pr. Theutoniae).

[1311] EMENDATIO

II. EMENDATIO [1312]

1312.- 1552: Et D.N...se emendet sequendo ecclesiam et celebran-
 do, alioquin committitur Priori seu Vicario Domus ut eum
 taliter in victualibus restringant ut eum obedire faciant.
 (In Domo Vallis Fisi - Pr.Lombardiae propinquioris).

1313.- 1556: Et D.N...nunc in ultima vigilia studeat praeteri-
 tam suam vitam emendare et se conformare in vestimentis et
 aliis consuetudini Domus, alioquin Ordo providebit. (In Domo
 Vallis Sancti Hugonis - Pr.Gebennensis).

1314.- 1557: Et D.N...respondebunt Visitatores quamprimum signa
 humilitatis et emendationis monstraverit. (In Domo Luvig-
 niaci - Pr.Franciae).

1315.- 1558: Et si amor virtutis non trahit D.N...ad bonum, dis-
 ciplina ordinanda per Visitatores compellat. (In Domo Gan-
 davi - Pr.Theutoniae).

1316.- 1561: Et D.N...proficiendo perseveret in emendatione quam
 coepit, quam si perfectam fecerit, majorem a Deo et Ordine
 sentiet gratiam. (In Domo Bruxellae - Pr.Theutoniae).

1317.- 1563: Et D.N...antiquior Domus Venetiarum studeat cohi-
 bere linguam suam et religiosius vivere, alias Ordo provi-
 debit. (Pr.Tusciae).

1318.- 1571: Et D.N...studeat emendare vitam suam et continere
 se ab inquietudinibus et turbationibus, alias....(In Domo
 Repausatorii - Pr.Gebennensis).

1319.- 1572: Et D.N...studeat componere mores suos et absterneat
 a scriptationibus. (In Domo de Covis - Pr.Castellae).

1320.- 1574: D.N...studeat se stabilire et discere quae sunt Or-
 dinis. (In Domo Vallisbonae - Pr.Provinciae).

1321.- 1583: Et D.N...honestam veramque Cartusianam vitam tra-
 ducat, dissensiones et tumultus moliri caveat et a nimia
 saecularium conversatione et comotationibus absterneat.
 (In Domo in Seitz - Pr.Alemaniae Superioris).

1322.- 1583: Et D.N...pacifice et religiose vivat, et se pere-
 grinum in terra aliena agnoscat. (In Domo Villaenoyae -
 Pr.Provinciae).

1323.- 1607: Et D.N...quietius et reverentius et religiosius
 se gerat sub poena carceris. (In Domo Ruremundae - Pr.
 Rheni).

II. EMENDATIO [1323]

[1324] I] EMENDATIONES. II

1324.-1684: Et hac vice parcimus quibusdam insignibus transgressoribus emendationem pollicitentibus, sed si iterum recidant, virgamo Ordinis sentient absque ulla misericordia: (In Domo Ferrariae - Pr. Tusciae)

1325.-1725: Et D.N. Vicarius Domus Sanctorum vadat ad Domum Clarimontis ibique satagat ut spiritum nostri Cartusiani Instituti reassumet et in simplicitate cordis ambulet. Et D.N. Procurator ejusdem Domus vadat ad Domum Padulae et curet ut dies suos in senectute bona ducat. - Et D.N. revertatur ad claustrum, ubi discat linguam suam compescere, alias sentiet rigorem Ordinis. (In Domo Sanctorum - Pr. Sancti Brunonis).

1326.-1726: In Domo Montelli: Et D.N. post carceris annos viginti unum et aetatis septuaginta duos, sub spe perfectae emendationis, quam nobis promisit, educimus e carcere et libertati restituimus, concedentes Visitoribus Provinciae facultatem dispensandi cum illo in disciplinis Ordinis, prout charitas eis suaserit. (Pr. Tusciae).

1327.-1748: Visis D.N. quaerimoniis, injungimus ei ut de caetero ab inutilibus et a frivolis scriptitationibus abste-
neat, ac relicto carcere revertatur in cellam suam, chorum frequentet et alia exercitia, alioquin contumax reputabitur et meritis beneficiisque omnibus Ordinis privabitur. (In Domo Buxiae - Pr. Alemaniae Inferioris).

EQUITARE VEL ASINARE:

1328.-1363: Priores equitaturam pro seipsis non teneant ad equitandum, sed, cum opus fuerit, opponatur animal oneribus exportandis et ad alia opera exercenda.

1329.-1376: Licentias olim datas per Capitulum Generale vel per Dominum Cartusiae Procuratoribus, qui vulgariter Correrii nominantur, equitandi, revocamus in his scriptis, ne gratia in abusum convertatur sicut jam factum didicimus apud multos, etc.....

1330.-1406: Procuratores, sine licentia Capituli vel Reverendi Patris equitare vel asinare praesumentes, ipso facto sine absoluti.

1331.-1414: Quia percepimus aliquos Procuratores Domorum Ordinis

[1331] EQUITARE

his in Italia constitutos abuti reprehensibiliter equitandi
 licentia concessa solummodo pro causis necessariis; quare,
 tenore praesentium omnino revocamus ejusmodi licentiam in
 partibus illis noviter introductam. Si quis autem illorum
 absque particulari et expressa licentia praesumpserit equi-
 tare, sit ab officio Procuratoris absolutus.

1332.- 1428: Declaramus quod omnes licentiae hactenus concessae
 et in posterum concedendae Procuratoribus de equitando in-
 telliguntur per Priorem Cartusiae ad quem spectat concessio
 dictarum licentiarum ut patet in Capitulo VIII Novorum, IIa
 Parte, si Procurator hujusmodi est senex aut debilis, vel si
 via est longa, aut propter luta, aut aliam occasionem diffi-
 cilem, quae omnia iudicio sui Prioris arbitrantur relinquenda.

1333.- 1570: Rectorem Domus Moguntiae in Domino hortamur et mo-
 nemus ut in equitando servet simplicitatem Ordinis, propter
 vitanda scandala saecularium. (Pr. Rheni). - Item Priorem Do-
 mus Rutilae in Domino hortamur ut in equitaturis et victuali-
 bus simplicitatem et rusticitatem Ordinis servet. (Pr. Rheni).

1334.- 1785: Attendentes plurimos, non sine multorum scandalo,
 et Ordinis detrimento circa cursus et equitaturas irrep-
 sisse abusus, commendamus in Domino singulis Visitatoribus
 ut in unaquaque Provinciae suae Domo, strictius super hoc
 invigilent, et quidquid a Cartusiana simplicitate alienum
 irrepserit, reformare vel etiam penitus resecare studeant,
 denuntientque Capitulo Generali vel Reverendo Patri Priores
 qui, semel vel bis moniti, seipsos reformari in re tanti
 momenti noluerint vel neglexerint.

EUCCHARISTIA:

1335.- 1369: Ordinamus quod in omnibus Domibus Angliae minis-
 tretur in Missis amodo de bono vino et mundo, et in hoc
 non sit defectus.

1336.- 1404: Mandamus omnibus Praesidentibus necnon Sacristis
 et aliis ad quos spectat quatenus sub securam et firmam
 sub clave custodiam in vase mundissimo reponant et servant
 Sacratissimum Eucharistiae Sacramentum. Et quod panes sive
 hostiae pro Sacramento conservandae sint mundaes et nitidae
 ac de pura frumenti farina, recenter factae saltem ut in
 aestate unius et in hyeme duorum mensium spatium non tran-
 seat quin noviter fiant, et nullatenus alibi factas praeci-

[1337] EVAGATIONES II

libere per seculares amant vel admittant ad consecrandum, sed etiam in Domibus Ordinis per Sacristam vel alium substitutum reverenter et munde induti qui faciunt cuculla ecclesiastica lanea vel linea, cavendo dum fiunt a verbis et colloquiis mundanis vel profanis licet expressis et expressis ad hunc finem, sicut ab officio Procuratoris absolutum.

1332.-1428: Declaramus quod omnes licentiae habitus concessae et in posterum concedendae

- EVAGATIONES: (Vide etiam: 149-152)
- 1°: Evagationes nimis frequentes Priorum.
 - 2°: Evagationes occasione Jubilaei.
 - 3°: Licentiae abusive.
 - 4°: Varia.

1°: EVAGATIONES nimis frequentes Priorum:

1337.-1369: Priori Vallis Sancti Georgii interdicitur, sub poena amittendi officium, ne amodo discurrat per loca huc et illuc, mendicando sicut facere consuevit. (Pr. Franciae).

1338.-1417: Dudum fuit ordinatum Statutum satis bonum et utile tempore divisionis Ordinis (anno 1388 in Charta Capituli Cartusiae celebrati), cujus tenor sequitur in haec verba: Cum propter Priorum Ordinis nostri evagationes et discursus, et eorum vestes et equitaturas curiosas et plus debito pretiosas, necnon et plurimas alias deordinationes et excessus qui modernis temporibus, proh dolor! ab ipsis et caeteris personis Ordinis nostri committuntur, nostra Religio sit notabiliter et merito fere ubique diffamata, eapropter statuimus et ordinamus, ut amodo in Visitationibus, praesentibus omnibus, tam Monachis quam Conversis et Redditis, totum Capitulum "De Reprehensione" quod est quartum Capitulum Secundae Partis Statutorum cum additionibus et apostillis quae faciunt primum Capitulum in Secunda Parte Novorum Statutorum legantur morose et distincte. Et propter Laicos ibidem exponantur in vulgari contenta in duobus praedictis Capitulis, et Superiores, quantum poterunt, faciant de caetero infallibiliter observari, transgressores districtissime puniendo, et contemptores tanquam communi Capitulo inobedientes ac rebelles, si fuerit expediens, a suis administrationibus absolvendo, et ne tam salubris Ordinatio, seu Statutum, in posterum ulla oblivione deleatur, sub titulo: "De Reprehensione" superius allegato, inter Nova Statuta conscribatur.

Sed quia tempore unionis Ordinis, Ordinationes hinc inde factae fuerunt revocatae, ideo, attendentes utilitatem jam dictae Ordinationis, volumus ipsam in sui roboris firmi-

[1338] EVAGATIONES

II. EVAGATIONES [1339]

tate perpetuo permanere, injungentes singulis Domibus quod, visis praesentibus, eandem Ordinationem in Statutis inserant infra mensem, alioquin careant vino et cervisia usquequo perduxerint ad effectum.

- 1339.- 1404: Priori Calesii injungitur ut magis solito in Domo
 ---- Superiori conversetur, nec sine necessitate cellarium frequentet, qua necessitate quantocius completa, ad Domum ascendat, nec passim lites et placita moveat sicut hactenus consuevit. (Pr.Gebennensis).
- 1340.- 1412: Monemus Priorem Domus Bonaefidei ut non frequen-
 ---- tet sicut hactenus evagationem. (Pr.Aquitaniae).
- 1341.- 1425: Priorem Domus de Castris monemus ne tantum discur-
 ---- rat, maxime pro his quae potest per alium perficere. (Pr. Aquitaniae).
- 1342.- 1431: Injungimus Prioribus Provinciae Picardiae remo-
 ---- tioris ne veniant ad mundinas Antwerpienses pro negotiis quae per Redditum vel Conversum possunt expediri.
- 1343.- 1451: Seriose monemus Priorem Vallis Clarae ut plus so-
 ---- lito remoretur in Domo, rescindendo discursus et stationes prolixas quas fecit in Burdegala et alibi, et sit magis sollicitus in observantia Statutorum, alias sciat se, super annum, non expectato Capitulo Generali, ab officio Prioratus absolvendum. (Pr.Aquitaniae).
- 1344.- 1474: Et Prior Domus Luvigniaci faciat residentiam in
 ---- Domo sua. (Pr.Franciae).
- 1345.- 1496: Prior novae Domus prope Juliacum sit sollicitus
 ---- instituere bonam observantiam in ipsa Domo. Et quia dicit Domum esse pauperem, petens subsidium a Provincia, prohibemus ne augeat inibi numerum personarum plusquam nunc est, ne contra honorem et morem Ordinis et Statutorum mentem, cogatur discurrere per vicos et mendicitari plusquam Divino Officio intendere, cum quaelibet Domus Provinciae suo onere satis sit gravata. (Pr.Rheni).
- 1346.- 1496: Prior Domus Valonis magis resideat in Domo, alias
 ---- Ordo providebit. (Pr.Gebennensis).
- 1347.- 1501: Et Prior Domus Partis Dei stabiliat se in Domo sua
 ---- ac resideat et sequatur Officium Divinum ac praebat exemplum bonum de se. (Pr.Gebennensis).

II. EVAGATIONES [1347]

[1348] EVAGATIONES VS. II

1348.- 1610: Et de caetero nullus Prior vel officialis Domorum
Ordinis possit accedere ad Domum Parisiensem sine licentia Re-
verendi Patris aut Visitatoris suae Provinciae. (Pr. Franciae).

2º: EVAGATIONES: Occasione Jubilaei:

1349.- 1348: Ordinatum est quod mittatur aliqua persona Ordinis
ad Curiam Romanam ad curandum et impetrandum quod personae
Ordinis non vadant nec possint ire in anno quinquagesimo Ro-
mam pro Indulgentia, et obtinendum quod nihilominus ipsae
Indulgentiam habeant sicut personaliter illuc irent.

1350.- 1399: Prohibemus personis nostri Ordinis, in virtute
sanctae obedientiae et poena carceris et inhabilitatis per-
petuae ad omnia nostri Ordinis officia, quod nullus audeat
anno sequenti Romam ire pro Indulgentia consequenda, quoniam,
prout intelleximus, non fuit intentionis Apostolicae de Car-
tusiensibus, sed si sit pax in Ecclesia, providebitur perso-
nis Ordinis taliter quod Indulgentiam non amittant.

1351.- 1400: Omnes personae Ordinis quae contra prohibitionem
Capituli anni praeteriti 1399 iverunt Romam vel ibunt, sta-
tim in regressu suo incarcerationem firmiter et districte, nec
inde remittantur absque licentia Capituli Generalis. Et per-
sonae Ordinis suos Priores de caetero infestantes super praem-
missis includantur.

1352.- 1450: Injunctum est Visitatoribus omnium Provinciae ut
notent eos et ad Capitulum Generale deferant qui ierunt
Romam pro Indulgentiis lucrandis.

3º: EVAGATIONES: Licentiae abusivae:

1353.- 1305: Injungimus Visitatoribus ut Priores vel Priorissas
quos vel quas invenerint culpabiles in dandis licentiis
evagandi seu spatianti Monachis suis puniant, injungendo vi-
delicet eisdem Prioribus quinque abstinentias, praeter abs-
tinentias ab Ordine constitutas.

1354.- 1449: Et Fr. N... Converso in Domo Buxiae licentiam venien-
di ad Cartusiam ex causa quam scribit denegamus. (Pr. Ale-
maniae Inferioris).

1355.- 1479: Et licentiam quam D. N... praesumit se habere a Reve-
rendo Patre ut possit adire Cartusiam revocamus, hortantes
quod se stabiliat in Domo Professionis suae Londoniarum.
(Pr. Angliae).

[1355] EVAGATIONES VS. II

II. EVAGATIONES [1356]

4°: EVAGATIONES: Varia:

1356.- 1496: Quia frigescente, heu! in dies fervore charitatis et Religionis per abjectionem Divini timoris, nimii fiunt discursus personarum Ordinis, tam Monachorum quam Laicorum Fratrum ad Cartusiam et per universum mundum, in maximam Ordinis ignominiam et irreverentiam ac votorum nostrorum contemptum; ut Reverendus Prior Cartusiae zelans non mediocriter pro Ordine, ipsius Ordinis honori et animarum saluti possit in reliquum quemadmodum debet et vult, serius intendere et providere, ne contingat Domui Cartusiae per hujusmodi zelum in debitis expensis gravari, ordinamus quod quaelibet Domus pro persona sua in Cartusia carceri detenta vel detinenda solvat Reverendo Patri expensas dudum taxatas,....

1357.- 1443: Et quia D.N...missus de Domo Lucae (Pr.Tusciae) ad Domum Montis Sancti Petri (Pr.Lombardiae propinquioris) stetit per 5 menses hinc inde vagando in dedecus Ordinis et alias aliqua dixit quae non sunt ad honorem Ordinis sicut fuimus informati, stet in disciplina generali ad Ordinis voluntatem.

1358.- 1446: Priorem Domus de Aniago monemus ut plus solito fiet in Domo cum Monachis, ne per nimiam frequentationem Dominorum et aliorum suorum discursuum, illi qui vellent Ordinem intrare vel in Domo sua proficere non habeant ad quem recurrere. (Pr.Castellae).

1359.- 1452: Et duo Monachi qui super annum inordinate venerunt Cartusiam sint in disciplina generali ad Ordinis voluntatem. (In Domo Glanderii - Pr.Acquitaniae).

1360.- 1464: Et quia D.N...contra prohibitionem Prioris sui exivit terminos et ivit ad civitatem Lausannae ad Indulgentias, et alias frequenter ivit ad villas et villagia, ideo volumus ut sexies comedat ad terram in refectorio et totidem recipiat disciplinas a Priore in Capitulo et studeat se emendare. Aliter, si reinciderit, sciat se gravius puniendum. (In Domo Partis Dei - Pr.Gebennensis).

1361.- 1465: Et Domus Vallis Jesu Christi solvat Priori Pisarum sex ducatos in quibus sibi tenetur pro expensis Fratris N...Conversi Domus Vallis Jesu Christi qui regrediendo de Roma quo iverat contra Turcum remansit infirmus in Domo Pisarum per sex menses et ultra. (Pr.Cathaloniae).

II. EVAGATIONES [1361]

[1362] EVAGATIONES

1362.- 1465: Et Priori Domus Lubeck committimus reconciliatio-
==== nem personarum Domus suae quae contra Turcum exierunt, cum
poenitentiae injunctioe secundum suam discretionem. (Pr. Sa-
xoniae).

1363.- 1465: Et acta et disposita per Visitatorem Provinciae
==== Saxoniae circa personas Ordinis nostri Domorum Provinciae
suae quae contra Turcos exierunt grata et accepta habentes
ratificamus, etiam ulteriorem et plenam earundem reconci-
liationem eidem committentes.

1364.- 1522: Et D.NN..et D.N...qui in die Compassionis Beatae
==== Mariae iverunt sine licentia ad grangiam Castellarii quae
est extra terminos Monachorum, et ibidem comederunt et bi-
berunt, et inde reprehensi a Priore in Capitulo, noluerunt
recognoscere culpam suam, sint in disciplina generali per
unum mensem et Ordini reconcilientur. (In Domo Vallis Pi-
sii - Pr. Lombardiae propinquioris).

1365.- 1610: Et D.N...Professus Scalae Dei jamque Barcinonae
==== cum licentia degens, omnibus relictis revertatur ad Domum
suae Professionis. (Erat is pictor qui aliquas tabellas de-
pinxit Reverendo Patri). (Pr. Cathaloniae).

1366.- 1659: Et D.N...Procurator Domus de Fontibus eat ad Domum
==== Scalae Dei, et ob inordinatam moram quam traxit in patria
liberius vagando sine socio ultra spatium unius mensis sit
in disciplina generali per triginta dies. (Pr. Cathaloniae).

1367.- 1776: Et D. Benedictus Trombi revertatur sine mora ad cel-
==== lam claustralem Domus Sanctorum suae Professionis. (Pr. Sanc-
ti Brunonis).

1368.- 1837: Monachis Domus Padulae omnino prohibetur sub quo-
==== libet praetextu ad mundinas concurrere. (In Italia).

EXHUMATIO:

1369.- 1424: Quia D.N...quamdam pecuniae summam, videlicet 15
==== florenos et ultra, mutuando et expendendo, absque sui Prae-
sidentis scitu et licentia, defunctus est et ibidem in coe-
meterio sepultus, ordinamus ut visis praesentibus extumule-
tur, et tanquam proprietarius extra coemeterium et extra lo-
ca fidelium sepeliatur, ipsumque Tricenario et omni benefi-
cio Ordinis quod habuit priuamus, nec pro ipso ab aliquo
oretur, sicut in jure continetur. (In Domo Melani - Pr. Geb.)

[1369] EXHUMATIO

II. EXHUMATIO [1370]

1370.- 1434: Tricenarium olim concessum Fratri N... Domus prope
 ===== Pisas reperto proprietario et ob hoc exhumato a terra bene-
 dicta, revocamus, et si in aliquibus calendariis scriptum
 jam inveniatur, deleatur. Et monemus omnes Visitatores tam
 generales quam speciales, ut si tales repererint, modo si-
 mili faciant exhumari et eorum beneficia spiritualia, si
 quae habuerunt, deleantur. (Pr. Tusciae).

1371.- 1478: Et quia intelleximus quod Fr. N... Conversus Domus
 ===== Clarimontis nuper defunctus repertus est propriarius vi-
 vens et mortuus, idcirco injungimus Priori et Conventui dic-
 tae Domus ut facta diligenti informatione, si ita in verita-
 te comperitur incontinenti de coemeterio exhumetur, et in
 terra prophana sepeliatur prout jura et Statuta Sanctorum
 Patrum decernunt, et in hoc cedat in exemplum omnium.
 (Pr. Lombardiae remotioris).

1372.- 1482: Et D. N... qui ut dicitur propriarius mortuus et
 ===== in coemeterio sepultus est, si ita in veritate comperitur,
 exhumetur et in prophanam terram projiciatur. (In Domo Nu-
 rembergae - Pr. Alemaniae Inferioris).

1373.- 1484: Et quia D. N... nuper defunctus et sepultus, suspec-
 ===== tus est de proprietate, injungimus Visitoribus quatenus
 diligenter se informet et probabiliter de hujusmodi, et si
 ita compererint per depositionem fide dignorum, exhumetur,
 et in loco prophano subterretur. -(In Domo Vallis Clusae -
 Pr. Burgundiae).

1374.- 1500: Et Visitatores quamcitus commode poterunt acce-
 ===== dant ad Domum Venetiarum, et diligenter inquirent de D. N...
 et Fr. N... qui denuntiantur fuisse proprietarii, quod si sic
 invenerint, exhumentur et in sterquilinum recondantur et
 sepeliantur, aut immittantur in mare. (Pr. Tusciae).

=====

FESTORUM MULTIPLICATIO SEU INTRODUCTIO: (Vide etiam: 193-195)

1375.- 1904. Adm. 3: Pro Domo Aulae Dei: Permultae ad Capitulum
 ===== Generale pervenerunt ab hac Domo epistolae circa Festa
 quaedam particularia tum concedenda, tum jam concessa. Sed,
 quia non mediocris momenti nobis apparet hujusmodi quaestio,
 eam maturiori studio examinandam et postea definiendam re-
 servamus; adhortantes omnes ad quos pertinet ut concordiam
 inter se foveant, nec sequantur eos qui sub praetextu obser-
 vantiae regularis et zeli Ordinis, pacem et silentium Domus
 turbare non verentur.

II. FESTORUM INTRODUCTIO [1375]

[1376] FESTORUM INTRODUCTIO

- 1376.- 1395: Super petitione Prioris et Conventus Domus Vallis
==== Josaphat super materia illius Festi celebrandi, de quo
scripserunt Capitulo Generali, respondemus ipsis quod sint
contenti communibus Festis ordinatis per Sanctos Patres in
Ordine nostro et non quaerant introducere alias novitates.
(In Domo Vaklis Josaphat in Olmütz - Pr.Alemaniae Super.).
- 1377.- 1422: Priori de Witham non fit misericordia, et commit-
==== titur Visitoribus ut faciant uniformitatem Festorum, de
quibus Prior de Witham scripsit, observari secundum formam
Ordinis in sua Provincia. (Pr.Angliae).
- 1378.- 1442: Et licentiam quam petunt Monachi Domus Zericksee
==== in Zelandia de Festo Beati Joannis cum proprio cantu ce-
lebrando eis denegamus. (Pr.Picardiae remotioris).
- 1379.- 1466: Et Priori Domus Vallis Sancti Georgii non fit mia.
==== Et de commemoratione Sancti Georgii facienda, faciat quili-
bet ad partem secundum devotionem suam. (Pr.Franciae).
- 1380.- 1504: Et de Festo quod petunt, conforment se aliis Domi-
==== bus quae non faciunt istud Festum ut servetur uniformitas
in Ordine. (In Domo de Paulari - Pr.Castellae).
- 1381.- 1507: Et de celebratione certorum Festorum quam petunt Mo-
==== niales Domus Bertaudi, conforment se Ordini. (Pr.Provinciae)

FRATRES: (Vide etiam: 196-209)

- 1382.- 1577: Cum ex multiplicatione Religiosorum Laicorum in
==== tribus Provinciis Italiae sit vere magnificata gens et non
magnificata laetitia, ordinamus ut infra sex annos nullus re-
cipiatur Conversus, Redditus Laicus vel Donatus absque licen-
tia Capituli Generalis vel Reverendi Patris Cartusiae.
- 1383.- 1667: Et Fratres Conversi et Donati Domus Granatae dis-
==== cant subjectionem, ut modestius pareant Procuratori se-
cundum Statuta. (Pr.Castellae).
- 1384.- 1682: Consuetudines Conversorum introductae contra Statu-
==== tā in Domo de Paulari nihil omnino habent roboris, sed me-
rae sunt corruptelae, ideo penitus abscindendae. Conversi et
Donati ad Domum redeuntes non habitent in hospicio. (Pr.Cas-
tellae).

[1384] FRATRES

FUGITIVI:

1385.- 1406: Volumus ut omnibus apostatis subducatur tempus de
 ---- eorum professione quo fuerint in apostasia tam in Capitu-
 lo, Choro et in aliis omnibus et in aeternum non restituatur eis.
 Et idem fiat cum illis qui cum habitu vagaverint fugitivi
 et extra obedientiam Ordinis; tamen istis ex justissima cau-
 sa possit per Generale Capitulum restitui in toto vel in parte.

1386.- 1448: Et seriose monemus Priorem Domus Moguntiae quatenus
 ---- debitam adhibeat diligentiam ad reducendum quemdam fugiti-
 vum Monachum Domus suae, qui in scandalum Ordinis jam pluri-
 bus annis prout Generali Capitulo nostro scribitur stetit
 cum parentibus suis in domo paterna. (Pr. Rheni).

1387.- 1452: Et quemdam Monachum per patriam evagantem habeat
 ---- Prior per censuram ecclesiasticam ad Domum reducere, in-
 vocato etiam si opus fuerit brachio seculari. (In Domo Val-
 lis Pisii . Pr. Lombardiae propinquioris).

1388.- 1457: Et D.N... qui in contemptum Ordinis et gratiarum
 ---- sibi pluries factarum ut fugitivus discurrendo per mundum
 saepenumero Deum et Ordinem offendit, recludatur in cella
 bene obfirmata pro carcere. (In Domo Portarum - Pr. Burgundiae)

1389.- 1457: Et Monemus seriose Priorem Brugis ne amodo sub dis-
 ---- simulatione permittat transire fugitivos Ordinis seu ad
 alias Domos transmittat, sed in forma Ordinis recipiat, id
 est, ad carceres, quoniam sibi fiet per Capitulum Generale
 refusio expensarum. (Pr. Picardiae remotioris).

1390.- 1460: Et de his quae Prior Domus Belreguardi scribit de
 ---- D.N... respondetur sibi quod aufugit de Domo Vallis Sanctae
 et nescitur ubi sit, sed habita notitia providebitur et fiet
 justitia. (Pr. Tusciae).

1391.- 1483: Monemus omnes Priores et personas Ordinis ut de
 ---- caetero sint circumspecti et avisati ne accommodent pecu-
 nias aut alia quaecumque dona Ordinis nostri fugitivis aut
 gyrovagis; quod si contrarium fecerint, nil inde se receptu-
 ros sperent a Prioribus et Domibus unde sunt Professi.

1392.- 1521: Et Priores Provinciae Saxoniae de caetero sint
 ---- prudentiores ut fugitivis ad eos venientibus pecunias ul-
 tra necessitatem non ministrent.

[1393] FUNDATIO

FUNDATIO DOMORUM:

1393.- 1336: Quia ex levi et indiscreta receptione Domorum no-
==== varum minus sufficienter dotatarum et aedificiis necessa-
riis carentium multa scandala et vituperia novimus, quod do-
lentes referimus, nostro Ordini provenisse et deteriora in
posterum provenire non immerito formidamus, nisi salubre re-
medium super hoc apponatur; ordinamus ut nulla Domus recipia-
tur de caetero nisi cum sufficientibus redditibus vel possessio-
nibus pro sustentatione Prioris et duodecim Monachorum, et
pro aliis necessariis supportandis oneribus assignatis, et
nisi in loco habili et honesto a cohabitatione hominum debi-
te segregato, et nisi prius aedificiis sufficientibus cons-
tructis vel de construendis sufficienti praehabita cautione,
et ante receptionem de omnibus supradictis, fiat Capitulo Ge-
nerali vel Domino Priori Cartusiae plena fides.

1394.- 1369: Prior Loci Dei respondeat Dominae Comitissae et
==== aliis potentibus novas Domos Ordinis fundari, quod nos
non sumus parati recipere pro praesenti novas Domos. (Fre-
quens erat Admonitio hujusmodi). (Pr. Angliae).

1395.- 1448: Pro nova plantatione prope civitatem Paduanam, se-
==== riöse ordinamus quod in designatione monasterii cum aedi-
ficiis atque officinis eidem pertinentibus more Ordinis an-
nectendis, et in aptatione fundamentorum, nihil fiat sine prae-
sentia Ven. fr. nostri D.N. Prioris Bononiae, de cujus con-
silio praedicta fiant, et in electione situs super quem dic-
tum monasterium debet fundari, propter clementiam aeris et
alias circumstantias in receptione novarum foundationum prae-
cipue necessarias, habeant dictum Priorem ad se vocare.
(Pr. Tusciae).

1396.- 1455: Priori Domus Sancti Joannis Baptistae prope Fri-
==== burgum (Pr. Rheni) fit mia, et praeficimus eum in Priorem
Domus Beatae Mariae Boni Lapidis (Pr. Alemaniae Inferioris),
dispensantes super rigore Statuti, eo quod sit filius Domus
praedictae Friburgi, propter reverentiam tantorum fundatorum
et pro bono Ordinis incremento, quia occasione novarum fun-
dationum consuevit Capitulum Generale his et majoribus dis-
pensationibus uti.

1397.- 1472: Novam Plantationem prope Boscumducis Ordini nostro
==== incorporamus in Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.
Quam Plantationem Domum Sanctae Sophiae Constantinopolitanae
prope Boscumducis nominamus et per totum Ordinem nominari vo-
lumus. Et praeficimus in Priorem dictae Domus D.N. (Pr. Rheni)
(Haec est forma usitata a Capitulo pro incorporatione Domorum).

[1397] FUNDATIO

1398.- 1472: Quia Capitulum nostrum Generale recepit litteras
 ---- Serenissimi Principis D. Frederici Domini Ducis Brunswi-
 censis quod velit erigere novam plantationem Ordinis nostri
 in dominio suo, sed quia dictum Capitulum non est sufficien-
 ter informatum quantum dictus Princeps velit impendere pro
 aedificiis necessariis pro Domo Ordinis, et an sint assigna-
 ti sufficientes redditus perpetui pro congrua sustentatione
 unius conventus, vel quantum velit pro eisdem impendere com-
 parandis, ideo committimus Visitatoribus Provinciae Saxoniae
 quod ad dictum Principem accedant, et de omnibus praedictis
 sufficienter se informant, et anno futuro Capitulum Generale
 aut super annum Reverendum Patrem nostrum Cartusiae clare de
 praedictis informant, et interim in acceptatione loci nihil
 attentent.

1399.- 1476: Et super his quae scribunt Conventuales Domus de
 ---- Covis de nova plantatione erigenda consulimus quod cum ma-
 tura deliberatione et prudenti consilio in hoc negotio pro-
 cedant, ne in posterum dicatur: "Isti coeperunt aedificare
 et non potuerunt consummare." Et considerent in quo loco
 melius tutiusque propter infideles posset aedificari, quod
 notanter dicitur quia videtur utilius fore quod Domus illius
 Provinciae quae nondum ad perfectionem aedificiorum venerunt
 primo perficerentur et ad hoc et ad alia magis necessaria Or-
 dinis ipsa Domus de Covis manus porrigeret adjutrices. (Pr.
 Castellae).

1400.- 1493: Et quia instatur pro incorporatione Domus novae
 ---- plantationis prope Campis a Dominis NN...et benefactoribus,
 volumus ut Visitatores et Prior litteris et sigillis infor-
 ment futurum Capitulum de statu ejusdem novellae plantatio-
 nis, tam in structuris quam in proventibus, et tunc videbi-
 tur. (Pr. Theutoniae).

1401.- 1504: Conceditur Priori Domus Scotiae licentia procurandi
 ---- erga Serenissimum Regem Scotiae erectionem novae Plantatio-
 nis, quam ipse Rex intendit. Videat tamen situm loci si sit
 aptus pro Ordine, et anno futuro Capitulo referat.

1402.- 1546: Rectorem Domus Ruthenae hortamur ut in acceleran-
 ---- dis ejusdem Plantationis aedificiis, omnem curam impendat,
 quo Divinum in ea citissime possit celebrari ad Dei laudem...;
 monemus etiam omnes hujus Provinciae Domos liberalem ad hanc
 plantationem affectum impendere in mittendis et procurandis
 eleemosynis, libris, ornamentis Ecclesiae, et aliis necessa-
 riis, ne ruinam eidem plantationi ex dilata ipsius consumma-
 tione imminentem incurrat. (Pr. Aquitaniae).

[1403] FUNDATIO

1403.- 1547: Et hortamur in Domino Ordinis personas quae ad no-
==== vam Plantationem kuthenae vocabuntur sui boni exempli et
religiosae conversationis jacere fundamenta quae sua integri-
tate ac devota vita saecularium corda ad Dei amorem et dictae
Plantationis juvamen trahat, successoribusque suis super ae-
dificandi aurum et lapides pretiosas sanctae religiositatis
occasionem subministrent, recepturas aliquando et hic ab Or-
dine beneficia spiritualia et in futuro vitam aeternam.
(Pr.Acquitaniae).

1404.- 1563: Priori Domus in Grunaw prohibemus ne condiciones
==== quas Dominus Comes proponit praetextu restitutionis ipsius
Domus recipiat.....(Pr.Alemaniae Inferioris).

1405.- 1563: Et super transitu sive nova plantatione nostri Ordi-
==== nis ad Indias, confirmantes et approbantes litteras paten-
tes et commissionis D.Joannis Baptistae Terro Reverendi Pa-
tris Cartusiae in septembri 1561, hortamur Visitatores, Prio-
res et personas Ordinis ut juxta illarum formam, mentem et
tenorem omnes et singuli cooperentur et executioni illarum
intendant taliter ne quis negligentiae contumaciae redargui
possit. Super expensis in primo transitu factis nihil pro
nunc diffinimus cum judicium jam factum super his non vide-
rimus. (In dispositione Provinciae Cathaloniae).

1406.- 1564: Priores Provinciae Cathaloniae insimul vel ad par-
==== tem judicium suum sive advisamentum rescribant Reverendo
Patri Cartusiae super transitu ad Indias.....

1407.- 1573: Et super his quae scribuntur de transitu ad Indias,
==== Reverendus Pater Cartusiae opportuno respondebit tempore.
(In Domo Portae Coeli - Pr.Cathaloniae).

1408.- 1577: Priorem Domus Zerickzee hortamur ut recuperationi
==== dictae Domus invigilet...et resideat in aliqua Domo Ordinis
diu noctuque, frequentando Divina, donec ad dictam Domum pa-
teat accessus. (Pr.Theutoniae).

1409.- 1587: Quia vidimus Ordinem nostrum similem navi instito-
==== ris, quae aliquando naufragium patitur, aliquando cum maxi-
mo lucro in exteris nationes merces deportat, in quibusdam
partibus et regionibus multum deficere et propter bellorum
et haereticorum injuriam Domos aliquas jam pene destructas
ita ut ne vestigia quidem appareant, aliquas etiam a saecula-
ribus et fidei hostibus detineri et possideri, quas recupera-
re Ordo vix unquam poterit, quod nulla illarum documenta ha-
beamus, et hominum memoria sit labilis, posset tamen si unquam

[1409] FUNDATIO

pacatiora essent tempora, Ordo illas requirere et possidere; insuper timentes in posterum major illarum strages fiat, ordinamus et mandamus omnibus et singulis Prioribus et Rectoribus Domorum Ordinis nostri, ut infra annum afferant aut afferri curent ad Cartusiam quae omnium Mater est, chartas et litteras Foundationum Domorum suarum, scilicet, exemplarium instrumenta publica primae foundationis quae in dicta Cartusia perpetuo debeant asservari, ut possit ad dictas chartas recurri quotiescumque necessitas requisierit, et valeant Domus priusquam deperdantur, recuperari, et non differant hanc Ordinationem exequi Priores et Rectores infra Capitulum Generale.

1410.- 1590: Priori Domus Scalae Coeli in Lusitania non fit mia.==== Quem rogamus cum suis officialibus, ut fructum referant Ordini non solum 60um, sed etiam 100um in laborum patientia prout bene coeperunt, facti insuper forma Cartusiani propositi futuris omnibus Domibus quas Deo et Ordini parere gestit illud inclytum Lusitaniae Regnum.

1411.- 1591: Qui vero mittentur Religiosi ad novam Plantationem Arae Christi tales eligantur qui ferre possint pondus diei et aestus, famis et sitis, frigoris et nuditatis, et incommodo habitationis in virtute et constantia stabilitatis per plures annos. (Pr. Cataloniae).

1412.- 1639: Priori Domus Beatae Marthae ad Aquas Sextias non fit mia. Et Pater Visitator in descensu Capituli adeat dictam Domum ut videat et consideret aedificia an parata sint pro collocandis religiosis. (Pr. Provinciae).

1413.- 1836: In Domibus Florentiae et Pisarum: Instauretur diebus Dominicis ac festivis usus refectorii mane et vespere ad formam Statutorum nostrorum.

FUNDATORUM IMMIXTIO:

1414.- 1356: Injungitur Priori Sancti Laurentii prope Florentiam, quod inducat Dominum Fundatorem, ne in illo loco faciat palatium, ne locus Ordinis in futurum propter illud palatium recipiat oppressiones vel turbationes. (Pr. Lombardiae)

1415.- 1402: Cum nonnulli suae salutis immemores, contra Statuta generalia Ordinis pro negotiis et ordinationibus Domorum adeant Fundatores et alios Principes et Potentes, procu-

[1416] FUNDATORUM IMMIXTIO

rantes in eorum favoribus, litteris vel instantiis, ac sub eorum umbra Domus ordinentur in capite vel in membris et nihilominus revelant eis negotia Domorum et Ordinis, quae tamen directe vel indirecte, per se vel per alios, palam vel occulte, omnino fieri prohibemus, et qui contra fecerit jam vel faciet in futurum tanquam pacis perturbator et alias acriter puniatur per Visitatores et dicat in capitulo Domus culpam suam pro qua disciplinetur. Et nihilominus sint inhabiles ipso facto sine spe dispensationis. Priores vero dicant culpam suam in sequenti Capitulo Generali ibi puniendi.

[1416.- 1451: Et in aedificiis construendis Domus prope Paduanam civitatem, Prior habeat requirere consensum Reverendi in Christo Patris Episcopi Paduani moderni, et Prioris Bononiae et Prioris Montelli, et nobilium DD. Hieronymi et Francisci Donato, nepotum Reverendi Episcopi quondam dictae Domus Fundatoris. (Pr. Tusciae).

[1417.- 1459: Et de translatione Domus Montis Dei de Provincia Picardiae Propinquioris ad Provinciam Franciae, visum est Diffinitoribus Capituli Generalis quod Illustris Princeps et Dominus Comes Nivernensis prius de intentione Capituli informari, qua habita, Ordo erit promptus ad sui reverentiam et honorem. (Et Illustris Comes noluit....)

[1418.- 1461: Priori Domus Sancti Spiritus prope Lucam fit mia. Et committimus ad plenum Priori Domus Florentiae, Visitatori principali Provinciae Tusciae, quatenus in descensu Capituli habeat nostra parte seriose informare magnificos ancianos et vexilliferum justitiae civitatis Lucanae devotos Ordinis nostri de his quae contemplatione Domini nostri Papae et ipsorum facta et ordinata sunt pro reformatione et prospero successu monasterii nostri cartusiensis extra muros dictae civitatis existentis, parati pro tempore pro incremento dictae Domus ampliora facere, experientia suadente. Et nihilominus manum ponentes ad actum praeficimus in Priorem, &c... (Sequuntur plures mutationes Religiosorum). Caetera vero concernentia Domum praedictam Lucanam, commissa sunt Priori Florentiae disponenda, consulenda, tractanda et concludenda cum consilio et assistentia praenominatorum Dominorum civitatis Lucanae Ordinis nostri devotorum. (Pr. Tusciae).

[1419.- 1489: Et D.N. in Domo Petrae Castri per Illustrissimum Ducem a carcere eductus non exeat septa monasterii. (Pr. Burgundiae).

[1419] FUNDATORUM IMMIXTIO

II. FUNDATORUM IMMIXTIO [1420]

1420.- 1490: Et quia Illustri Dominae Ducissae Clivensi fundatrici Domus Wesaliae licentia intrandi eandem Domum aliquando concessa est, volumus ut hoc tantum fiat praesentibus Priore, Vicario, Procuratore et Sacrista, caeteris in cellis manentibus. (Pr. Rheni).

1421.- 1515: Et Fr. N... Conversum, propter sua scelera incarcerationatum, ob multiplices Magnatorum et Nobilium preces, a carceribus liberamus, et barba abrasa, ipsum semper ultimum locum ubique tenere volumus in cappa grisea; insuper ordinamus quod nunquam de Domo emittatur. (In Domo Moguntiae - Pr. Rheni).

1422.- 1546: Animadvertentes dolenter admodum nonnullorum tam Monachorum quam Conversorum temerariam praesumptionem, qui sprete Statutorum nostrorum gravi inhibitione, non sunt veriti mendosas etiam querelas facere contra suos Superiores seculari potestati in grave quarundam Domorum et Ordinis scandalum et dispendium. Ideo serius statuimus ordinandum et ordinamus, ut quicumque deinceps nostri Ordinis Monachus vel Laicus convictus fuerit, mediate vel immediate, scripto vel verbo cuicumque secularium ullas querelas in malum Domus fecisse, talis, si habuerit obedientiam, ipso facto eadem privetur, si vero non habeat, ad quamcumque obedientiam inhabilis reddatur donec per Capitulum Generale restituatur; insuper, si minus hoc curet, sit in disciplina generali, et omni beneficio Ordinis privetur.

=====

HAERESSES: (Vide etiam: 210)

- 1°: Varia.
- 2°: Lutheranismus.
- 3°: Iansenismus.

1°: HAERESSES: Varia:

1423.- 1369: Monemus omnes et singulas personas Ordinis utriusque sexus, quod sibi a familiaritate Begardorum, Cocardorum et Fraticellorum necnon Beguinarum sectae eorumdem sibi caveant et abstineant, ne Dei et Summi nostri Pontificis incurrant indignationem.

1424.- 1569: Cum in diversis mundi partibus videamus haereses et alios errores magis ac magis in dies pullulare, visum est Capitulo Generali recurrere ad Beatissimam Annam, gloriosissimae Virginis ac Dei Genitricis Matrem, eamque obni-

II. HAERESSES [1424]

[1425] HAERESSES

ze precari ut, ipsius interventu, extirpationem dictarum haereseum et errorum piissimus Deus dignetur concedere. Ideo volumus et ordinamus quatenus Festum dictae Gloriosae et Divinae Annae celebretur.....

1425.- 1574: Post Missarum Conventualium denuntiationem sequitur: Dum Apostoli Dominum Jesum dormientem excitaverunt a somno dicentes: "Domine, salva nos, perimus"; et facta est tranquillitas magna; ita et nos omnes et singuli noctu diuque assiduis precibus oremus eum, ut pacem suae Ecclesiae, fidei christianae et terris, dare dignetur. Et specialiter unusquisque celebrans unam Missam semel in mense celebret, non celebrantes dicant Septem Psalmos cum Litanis, Laici 25 Pater Noster et totidem Ave Maria, usque ad sequens Capitulum.

2º: HAERESSES: Lutheranismus:

1426.- 1523: Et D.N. in Domo Ittingen, nisi sectam Lutheranam abjuraverit verbo et facto, incarceretur. (Pr. Alemaniae Superioris). (Hic est primus de quo in Chartis agatur infecto secta Lutherana).

1427.- 1524: Quamvis multis et arduis sub hoc Generalis Capituli consessu, negotiis praegravamur et curis pene innumeris distringimur, operosiori tamen mentis sollicitudine ac majori labore incumbimus circa eos quos vel per inopiam spiritus aut infirmitatem carnis a suae salutis tramite aberrare cognoscimus. Hinc est quod relatione plus quam veraci didicimus, et evidentialia factorum in dies colligimus quosdam nostrae cartusianae vocationis professos, aut damnata cujusdam Lutheri doctrina corruptos, aut sua concupiscentia attractos et illectos a nostra Religione apostatasse, et velut canes, ad suum vomitum reversos, in gravissimam Divinae bonitatis offensam, animarum suarum jacturam, multorum scandalum et nostrae Religionis ignominiam. Quae, licet ita se habeant, christiana commiseratione commoti, nolimus paternae justitiae flagella, sed indulgentissimae matris ubera, errantibus ovis nostris porrigere; hortamur itaque eos qui istiusmodi sunt, et in visceribus Jesu Christi obsecramus ut ab erroribus quibus se inseruerunt, ad agnitionem veritatis redeant, et ad Cartusianam Religionem, suae salutis ovile, revertantur, ut qui, Deo permittente, ad horam discesserunt, in aeternum Deo et Ordini adhaereant. Quod si fecerint, omnes Piores, Rectores atque alias quascumque nostrae Religionis personas moneamus ut pientissimi Jesu Christi vestigia insequentes, omnes et singulos de via perditionis ad suarum Professionum Domos revertentes, sinceram charitatis affectu excipiant, stola suae Professionis licet temere per eos abjecta, rursus eos

[1427] HAERESSES

induant et fraterni amoris obsequia eis impendant. Si vero hac tanta lenitate et gratia sponte sibi per nos oblata ad cor redire et a diaboli laqueis se explicare noluerint, sed pertinaci furore excaecati amplius adhuc in peccatorum suorum sordibus sordescere et curam carnis in desideriis agere velint, ne circa salutem eorum dormitasse videamur, quae juris et Statutorum nostrorum sunt insequentes, per viam justitiae procedere decrevimus. Quapropter monemus et in virtute sanctae obedientiae praecipimus omnibus nostri Ordinis Visitoribus, Convisitoribus, Prioribus ac caeteris officialibus, ut juxta formam juris et Statutorum nostrorum teneant, cum omni diligentia, zelo atque labore, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachio seculari, omnes a nostra Religione Apostatantes, auctoritatem Ecclesiae Romanae contemnentis, et constitutiones ejusdem verbo et opere detestantes, capiant vel capi faciant, captos firmis carceribus intrudent, et custodiant, donec Capitulum Generale vel Reverendus Pater de eorum contritione et emendationis proposito informatus, de ipsorum statu ordinaverit vel dispensaverit, et eandem poenam sustineant ejusdem Lutheranae doctrinae fautores et defensores. Qui vero ad Dei et Ordinis obedientiam sponte redierint, erunt sine voce in tractatibus et ubique in Conventu ultimum locum tenebunt, ad Ordinis voluntatem. Hanc autem duplicem, misericordiae scilicet et justitiae viam illis impendimus, ne, quod absit, cum ipsi, perversa sua voluntate, perierint, sanguinem ipsorum de manu nostra requirat Dominus. Et quia in hujusmodi et aliis animarum periculis et adversitatibus constituti, solemus, pro remedio et consolatione, ad Deum preces nostras effundere, ideo pro errantium fratrum nostrorum salute, et Regum et Principum Christianorum pace et concordia, singuli devote Deum orent, et in omnibus Missis privatis de vivis dicatur Collecta: "Deus qui corda", vel "Praetende..." in plurali, usque ad sequens Capitulum Generale.

1428.- 1526: Priorem Domus prope Argentinam exhortamur in Domino no ut hoc tempore malo adversitates aequanimiter toleret, ac saluti suae ac suorum quantum poterit invigilet. (Pr. Rheni)

1429.- 1529: In Domo Argentiniae: Prioris constantiae in Domino congratulamur quod videlicet una cum residuis fratribus magis elegit ac eligit cum populo Dei affligi quam temporalis peccati cum miseris Apostatis habere jucunditatem. (Pr. Rheni).

1430.- 1532: In Provincia Theutoniae: Et quia plerumque saevire solet impunita nequitia, monemus omnes et singulos Priores et alias nostri Ordinis personas, ut si quos noverint Lutherana haeresi corruptos, qui post unam aut alteram correptio-

nem, a suo errore resipiscere noluerint, omni contentione, quam in consuetudine non habemus, seposita, tales Lutherana peste infectos ut melius devitari possint, a reliqua congregatione sancta et immaculata separent, firmis carceribus cum victualium restrictione includant ne lethifero suo veneno animas Jesu Christi Sanguine redemptas corrumpant et corruptas tandem filias aeterni supplicii efficiant.

3º: HAERESSES: Iansenismus:

1431.- 1711: Cum omnes Ordinis nostri Domus, jussu Reverendi Patris, formulario contra simulatas sectarum Iansenii artes sapienter instituto nuper nominatim subscripserint, ut hac praedicti formularii subscriptione zelo zelati, pro prisca fide et Summorum Pontificum Decretis, haeresi Iansenianae grassanti, omnes in perpetuum recludamus aditus quibus perniciosus hic error solitudini nostrae hucusque novitatum nesciae posset insidiari, stricte injungimus universis Visitatoribus, Prioribus ac Vicariis Monialium ut nullas personas ad professionem Instituti nostri in futurum admittant, priusquam quaelibet earum formulario praedicto, nomen suum adscripserint in testimonium probae et germanae fidei suae, promptissimique obsequii Decretis Summorum Pontificum Innocentii X, Alexandri VII et Clementis XI Constitutioni. Quod si qui, quod Deus avertat, unquam reperientur in Ordine partes Iansenii aemulantes, aut contra formularii inclamantes, aut librorum hujusmodi doctrinae detentores, Visitatoribus et Prioribus injungimus ut tales, post debitas admonitiones, tanquam suspectos de fide, secundum jus Statutorum nostrorum et Decreta Summorum Pontificum districte puniant, officiales absolvendo, alios vero voce activa et passiva privando, et alias de jure poenas infligendo.

1432.- 1723: Pro septem Provinciis Franciae:

Quo zelo Capitulum Generale semper steterit ut in Ordine Cartusiensi nullae unquam admitterentur novitates, testantur Ordinationes plerumque factae et praesertim Ordinatio anni 1710 (vide ad: Librorum prohibitio: infra: n.1516) quam renovamus et confirmamus; nam sicut omnes unam eandem vocationem amplexati sumus, praestat ut sollicite simus servare unitatem spiritus, praestat ut idipsum dicamus omnes unanimiter idipsum sentientes donec occurramus in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei. Huic testimonium perhibuit Petrus qui de variis hominum de Christo opinionibus interrogatus respondit et dixit: "Tu es Christus Filius Dei vivi." Hanc Petri confessionem indeclinabilem teneamus et fidei Petri et successorum ejus quae nunquam deficit firmiter adhaerentes,

non desistamus nostram in una fide collectionem, sub uno visibili capite Romano Pontifice, Christi in terris Vicario, coadunatam. Audiamus eum cujus est confirmare fratres suos, cujus est pascere oves et agnos Christi. Stat totus orbis catholicus pro Constitutione "Unigenitus", stat pro ea totum illud Galliae Regnum, hanc acceptarunt episcopi pene universi; huic fervent diplomata regia et supremarum omnium curiarum sanctiones; quocirca ut ecclesiasticae et regiae potestati praestemus obsequium, ordinamus ut nullus in Ordine nostro recipiatur Novitius, nullus ad Ordines promoveatur, nullus regimini animarum praeficiatur, nisi prius subscripserit formulario Alexandri VII, et nisi ore quo confessio fit ad salutem, se corde et animo subjectos esse declaraverint Constitutionibus Summorum Pontificum Innocentii X, Alexandri VII, et Bullae Clementi XI quae incipit: "Vineam Domini Sabaoth..." contra Iansenianas errores promulgatis et in regia declaratione mensis augusti anni 1720 memoratis atque servari firmiter praescriptis, ac nominatim illa ejusdem Clementis XI, quae incipit: "Unigenitus...". Quod si quis Prior aut officialis aut alia quaevis persona Ordinis praefatae Constitutioni rebellis extiterit eam impugnando, aut ab ea appellando, tanquam inobediens Sedi Apostolicae et Regiis declarationibus ut perturbator Ecclesiasticae unitatis et totius Christianissimi Regni tranquillitatis puniatur. Stricte igitur invigilent Visitatores et Piores ut servetur praesens Ordinatio una cum Ordinatione anni 1710, qua omnibus personis Ordinis interdicuntur novatorum libri haeresim iansenianam redolentes, quos denuo interdicimus universis, atque hos insuper libros praefatae Constitutioni adversantes, nulli nostrum liceat legere, sed ut a solitudinibus nostris omnes libri suspecti et personae suspectae prorsus arceantur districte praecipimus.

1433.- 1725:Disciplina una tota consistit in uniformitate cum legibus Ecclesiae et Capituli Generalis Ordinationibus, cui omnes obedire tenemur, cui omnes obedientiam promissimus tanquam habenti curam animarum nostrarum et vices erga nos Dei agenti, eo maxime quod testante Spiritu Sancto, quasi peccatum ariolandi sit repugnare et quasi scelus idololatriae nolle acquiescere; atque dicirco obsecramus omnes Ordinis alumnos in visceribus Jesu Christi, et ex corde paterno, ut captivent intellectum in obsequium fidei illis propositae ab eis de quibus Deus dicit: "Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit," maxime cum sint congregati in nomine Ipsi et omnium una eademque sit sententia. Actum in Diffinitorio.....

[1434] HAERESSES

1434.- 1726: Hortamur viros illos qui ab Ordine discesserunt et
==== in Hollandiam evaserunt ut redeant ad ovile, eis declaran-
tes Capitulum Generale et Reverendum Patrem paratos esse eos
accipere, et eis restituere stolam primam, nec de poenis seu
paenitentiis contra tales per Statuta latis fiat mentio, mo-
do veniant nobiscum unanimes, idem nobiscum sentientes, et
gaudium erit nobis super peccatoribus propria sponte poeni-
tentiam agentibus et ad sinum paternum revertentibus.

Satagant itaque ab oculis Patrum et Fratrum suorum la-
crymas indesinenter super eorum aberratione manantes, per
conversionem suam sinceram abstergere, nec contemnant am-
plius benignitatem Dei et Ordinis qui eos ad poenitentiam
adducunt; habent enim in Reverendo Patre totius Ordinis Ge-
nerali Ministro indulgentissimum patrem qui in suo regimine
semper tenuit mansuetudinem et qui nunquam a Religione offi-
cii sui paterni discessit, nec a Statutis et ab his quae per
majores nostros factitata sunt, unquam declinavit; quidquid
in contrarium praetenderint fugitivi nostri, suis litteris
ad nos directis, et diffamatoriis suis apologationibus.....
Et ideo nullam fidem faciunt in praejudicium eorum quae ocu-
lis nostris nos videmus, testamur et approbamus in regimine
Ordinis et in recta moderata et ordinata secundum Regulas
regendi arte Reverendi Patris.

Datum, actum, deliberatum de unanimi consensu omnium
Diffinitorum in Majori Cartusia, sedente Capitulo Generali
in quorum fides nostris syngraphis et sigillis consuetis
firmavimus hac die 22 Maii 1726.

=====

HOSPITES: (Vide etiam: 212-219)

1°: Extranei.

2°: Ordinis.

1°: HOSPITES: Extranei:

1435.- 1286: Priores qui, contra Statuta, usque nunc receperunt
==== in Ecclesia et ad mensam non recipiendos, clament culpam
suam et de caetero se emendent.

1436.- 1332: Cum contingat hospites ad mensam recipere, sobrie-
==== tatem studeant Priores ostendere et servare, videlicet ut,
praeter coquinam, ad plus duobus ferculis sint contenti.

1437.- 1369: Prior Calesii quia frequenter fuit monitus ut gra-
==== tiosius et humanius se haberet in hospitibus recipiendis
et male se emendavit, non comedat pitantiam quandocumque erit

[1437] HOSPITES

in cellano suo usque ad Festum Beati Michaelis, nisi praesentibus hospitibus religiosis et honestis. (Pr. Gebennensis)

1438.- 1370: Extraneis per Domo Ordinis discurrentibus, et se-
==== se ex parte Domni Cartusiae vel alterius Prioris recommen-
dantibus de facili non credatur nec eis aliquid detur, alias
nulla restitutio fiet.

1439.- 1430: Hospitibus vel Visitoribus non ministrentur ultra
==== duo fercula, non curiose parata, juxta instituta Ordinis.

1440.- 1470: Et de licentia quam petit Prior prope Londonias de
==== manducando cum hospitibus, remittimus eum ad Statuta. (Pr.
Angliae).

1441.- 1584: Prior Domus de Aniago hortamur in Domino ut discre-
==== te se gerat in ministrandis cibariis his qui ad venerandam
Beatissimae Virginis Mariae Matris Dei imaginem quae certo
tempore annuario solet produci confluunt, ita ut non omnibus
passim, sed his tantum quibus sine periculo denegari non po-
test, hospitalitatis gratiam exhibeat. (Pr. Castellae).

2º: HOSPITES Ordinis:

1442.- 1287: Monemus et volumus ut Visitatores diligenter vigi-
==== lent et intendant ne mittant hospites in Domo ubi scive-
rint tres hospites affuisse.

1443.- 1457: Et quia Domus Vernae est nimis gravata hospitibus,
==== committimus Visitori ut indilate post Capitulum dictam
Domum habeat degravare. (Pr. Provinciae).

HUMILITAS:

1º: Apud Patres.

2º: In statu Fratrum.

1º: HUMILITAS apud Patres:

1444.- 1417: Et D.N... in spiritu humilitatis maneat ubi est.
==== (In Domo Throni Beatae Mariae - Pr. Alemanniae Superioris).

1445.- 1475: Et D.N... contentus sit de loco qui sibi debetur
==== ex Ordine. (In Domo in Seitz - Pr. Alemanniae Superioris).

446] HUMILITAS

46.- 1486: Et nisi D.N...et D.N...qui contendunt de loco et
 == honore, vivant in pace et caritate, antiqua per eos com-
 missa revocabuntur, et pro eis punientur, et super conten-
 tione eorum silentium imponimus eis. (In Domo Papiæ - Pr.
 Lombardiæ propinquioris).

47.- 1545: Et D.N...monemus in Christo ut mortificata pro-
 == pria voluntate, vacet humilitati et iugo Ordinis prompte
 se subiciat. (In Domo Caturci - Pr.Acquitaniæ).

48.- 1574: Et D.N...qui non est contentus gratia sibi per Re-
 == verendum Patrem Cartusiae super annum facta, includatur in
 firmissimis carceribus et bene custodiatur, et ibi discat hu-
 miliari et se totum Ordini committere. (In Domo Vernæ - Pr.
 Provinciae).

49.- 1575: Et D.N...de caetero modestius loquatur et scribat,
 == alioquin sentiet virgam justitiæ et Ordinis. (In Domo Tri-
 sulti - Pr.Lombardiæ remotioris).

2º: HUMILITAS in statu Fratrum:

50.- 1280: Conversi se vocent Fratres ad invicem. Qui contra
 == fecerit veniam accipiat.

51.- 1453: Et Fr.N...Converso ad sacerdotium curiose et impor-
 == tune anhelanti, perpetuum silentium imponimus et sit conten-
 tus in statu laicali perseverare. (In Domo Portus Beatae Ma-
 riae - Pr.Acquitaniæ).

52.- 1548: Quoniam plerumque contigit, quod Conversi, scriben-
 == do Reverendo Patri nostro Cartusiae aut Capitulo Generali,
 dum se subscribunt, subscribunt tantum nomina eorum, se Fra-
 tres appellantes, tacendo et non scribendo se Conversos,
 propter quod non facile dignoscitur an sint Monachi vel Con-
 versi, propterea ordinamus quod in posterum Conversi, dum
 scribunt ut supra, scribunt se Conversos, dicendo: "Ego Fra-
 ter N...Conversus". Et amodo si quis sic exprimendo, sed ta-
 cendo nomen Conversi ausus fuerit scribere, pro prima vice,
 per unum mensem teneat cellam, et si reiterare ausus fuerit,
 gravius puniatur ad arbitrium Reverendi Patris Cartusiae.

53.- 1548: Quia admoniti sumus Fratres Conversos in tantam
 == audaciam et arrogantiam incidisse ut ad invicem colloquen-
 tes, aut scribentes, Reverendos aut Reverentias se nominare
 audeant, qui ab huiusmodi audacia et praesumptione non se
 emendaverint, statim incarcerentur.

453] HUMILITAS

1454.- 1550: Et quia Fratres N...et N...Conversi scribentes Re-
 ---- verendo Patri Cartusiae et Diffinitoribus non subscripse-
 runt se Conversos, contra Ordinationem Capituli Generalis,
 comedant ad terram bina vice cum pane et aqua in refectorio,
 et duas de manu Praesidentis disciplinas accipiant in Capi-
 tulo. (In Domo Pontiniani - Pr.Tusciae).

1455.- 1571: Quia admoniti sumus Fratres Conversos, quos sic Or-
 ---- do voluit nominari, tanquam Dei famulos et ministros, in
 tantam audaciam et arrogantiam incidisse, ut ad se invicem
 colloquentes aut scribentes, Reverendos et Reverentias se
 nominare audeant; qui hujusmodi fecerint, et post praesen-
 tem nostram et binam sui Prioris admonitionem, ab hujusmodi
 audacia et praesumptione non se emendaverint, statim incar-
 cerentur, non nisi Capituli Generalis aut Reverendi Patris
 Cartusiae consensu liberandi; desinant etiam pectere et po-
 lare barbas, nisi prout honesta necessitas postulaverit.
 (In Provinciis Hispaniarum).

1456.- 1580: Et Fr.N...stabiliat se et desinat esse tam proca-
 ---- ceter importunus super obtinenda licentia ad revertendum
 in Domum de Covis propter sua demerita juste sibi denegata,
 et caveat ne propter superbiam dignus sit gratia privari quam
 hactenus ab Ordine fuit consecutus. (In Domo de Xeritio -
 Pr.Castellae).

=====

INCORRIGIBILIS:

1457.- 1503: Et D.N...in Domo Silvae Benedictae benefaceret ibi-
 ---- dem perseverare nec infestare Reverendum Patrem vel Capitu-
 lum Generale pro reversione ad Domum suae Professionis, quia
 ibidem non erit bene receptus, cum quotidie malefacta sua ma-
 gis elucescant, sed si vult permanere in sua pertinacia et
 voluntate, vadat in Nomine Domini cum intimatione quod si re-
 vertatur ad priora carceri mancipabitur. (Pr.Burgundiae).

1458.- 1535: Et D.N...qui in multis Domibus Ordinis nostri irre-
 ---- ligiosae conversationis suae faeces reliquit, de caetero
 quietam et modestam vitam agat, alioquin Ordo sic providebit
 ut ejus ab Ordine nostro expulsio et ad priorem Religionem
 suam remissio aliis turbulentam et irreligiosam vitam ducenti-
 bus cedat in exemplum. (In Domo Caturci - Pr.Acquitaniae).

1459.- 1571: Quolibet anno Piores ferant aut mittant nomina
 ---- fugitivorum aut criminorum suae Domus, et, si fieri pos-

sit, obtineatur licentia a Summo Pontifice quatenus dicti criminosi et incorrigibiles possint mitti ad triremes ad tempus vel in perpetuum, prout casus exegerit, ... (Et licentia hujusmodi fuit obtenta et aliquoties poena "ad triremes" inflicta).

1460.- 1578: Et D.N... et D.N.T. instabiles et dyscoli, religiose vivant, alioquin Priori injungimus ut si quid irreligiose fecerint, incarcerentur, et interim novissimum locum teneant ubique, et si non emendaverint se, vapulent etiam virgis. (In Domo Portus Beatae Mariae - Pr. Aquitaniae).

INFIRMI: (Vide etiam: 16 et 238-242)

1°: Quoad medicorum frequentationem et quoad solitudinem servandam.

2°: Caritatem servare erga eos.

3°: Patientiam habere debent.

1°: INFIRMI: Quoad medicorum frequentationem et quoad solitudinem servandam:

1461.- 1514: Priori Domus in Leweld inhibemus ne mittat Monachos ad physicos, sed potius vocentur physici ad ipsos si tanta necessitas fuerit. (Pr. Alemanniae Superioris).

1462.- 1534: Et per chirurgicos et medicos examinatur infirmas ipsius D.N... quam allegat, si tanta est et talis ut ea quae Dei et Ordinis sunt, observare non valeat. (In Domo Avinionis - Pr. Provinciae).

1463.- 1571: In Provincia Cathaloniae: Pro Domibus ab expensis sublevandis et aliquibus periculis obviandis, ordinamus quod de caetero nullus famulus secularis admittatur in claustris, sed senibus, quando opus fuerit, et infirmis ministratur per Conversos vel Donatos et nullo modo per seculares, non obstantibus consuetudinibus forsitan introductis aut licentiis impetratis.

1464.- 1588: Quia ex Provincia Regni Neapolitani magna quaedam et immoderata frequentia est postulantium adire balnea Puteolana, monemus et exhortamur omnes in Domino ut Ordinis nostri et Statutorum simplicitate contenti, abjiciant remedia ista peregrina et interdum etiam periculosa et parum verecunda; remittimus tamen Visitorum prudentiae ut ipsi consulant infirmitatibus subditorum juxta necessitatem. (Pr. Lombardiae remotioris).

II. INFIRMI [1465]

1465.- 1881: D.N...in Domo Montis Rivi vehementer hortamur ut
 ==== praescriptionibus tam Reverendi Patris quam medici se hu-
 militer subiciat, ne forte, quod absit, aliquid in illum
 severius sit agendum.

2°: INFIRMI: Caritatem servare erga eos:

1466.- 1451: Et infirmum Monachum de quo scribunt sic cum huma-
 ==== nitate custodiant ut neque sibi neque aliis inferat nocu-
 mentum. (In Domo Vallis S. Antonii in Ungaria - Pr. Alemaniae
 Superioris).

1467.- 1452: Committimus Priori Domus Scalae Dei attente ut
 ==== quemdam Monachum in Domo Portae Coeli, ne in toto ibidem
 perdatur, cum securo comitiva transferri faciat ad Domum
 Vallis Jesu Christi, ibique resideat bene custoditus tali-
 ter quod non possit aufugere. Et in victualibus faciat sibi
 sicut conventui ministrare propter debilitatem capitis sui.
 (Pr. Cathaloniae).

1468.- 1512: Et D.N...vadat ad Domum Parmae ibique sustentetur
 ==== expensis Domus suae, pro se et uno servitore et pro indu-
 mentis et medicinis et aliis necessariis, ut consolatus ser-
 viat Altissimo Deo. (Pr. Lombardiae propinquioris).

1469.- 1547: Et de D.N..., hospite, Professo Subdiacono Domus
 ==== Lyrae, ob debilitatem cerebri, Visitatores de eo dispen-
 sent de statu ut petivit.....(In Domo Delfensi - Pr. Theuto-
 niae).

1470.- 1573: Et super D.N...Professo et leproso in Domo Trevi-
 =====rensi, Visitator et Prior dictae Domus provideant ei de
 habitatione ne alii contaminentur, et si celebrare possit,
 liceat et expediat. (Pr. Rheni).

1471.- 1618: Et committimus Patribus Visitatoribus ut Monachis
 ==== Cartusiarum Ferrariae et Venetiarum aestate et autumno ma-
 gna coeli intemperie laborantibus, pro sua charitate et pro-
 videntia provideant. Quos hortamur ne, dum sanitati corporum
 consulere student, animarum curam negligant, et regularem
 disciplinam nimis enervent. (Pr. Tusciae).

3°: INFIRMI: Patientiam habere debent:

1472.- 1470: Et D.N...leprosus maneat sub obedientia et disci-
 ==== plinis consuetis, secundum pietatem et discretionem sui
 Prioris; nec amplius inquietet Capitulum, Visitatores aut

II. INFIRMI [1472]

[1473] INFIRMI

Priorem suum super licentiis Statutis et Ordini contrariis.
(In Domo Boni Lapidis - Pr. Alemaniae Inferioris).

1473.- 1495: Et Prior Domus Vallis Sanctae Mariae provideat D.N...
==== infirmo de rasura debita; similiter iste D.N...studeat se
tenere sic pacifice ut Deus et Ordo sit contentus de eo.
(Pr. Provinciae).

1474.- 1523: Et D.N...Professus in Domo Rosae habeat patientiam
==== in petitione sua cum sit circa civitatem insignem, ubi co-
pia est medicorum. (Civitas Rothomagensis) (Pr. Franciae).

1475.- 1564: Et D.N...sequatur Divinum Officium nocturnum et
==== diurnum quantum infirmitas permiserit. (In Domo in Gyrio -
Pr. Alemaniae Superioris).

=====
INOBEDIENTIA:

1476.- 1485: Et casu quo Frater N...Conversus inobediens aut re-
==== bellis fuerit suo Priori seu Procuratori, carceri mancipetur.
(In Domo Vedanae - Pr. Tusciae).

=====
INSTALLATIO PRIORIS: (Vide etiam: 243)

1477.- 1464: Et graviter ferimus illas novitates in introniza-
==== tione novi Prioris contra formam Ordinis factas.....
(In Domo Portae Coeli - Pr. Cathaloniae).

=====
ITER AGENTES: (Vide etiam: 245-247)

- 1°: Quoad habitum.
2°: Recto itinere.

1°: ITER AGENTES: Quoad habitum:

1478.- 1393: Cum secundum antiquum et laudabilem morem nostri
==== Ordinis, prout habetur etiam expressum in Secunda Parte Sta-
tutorum, non liceat Prioribus vel Conversis vel aliis perso-
nis Ordinis equitare extra terminos, nec etiam infra nisi re-
mote a villa et ab occurso hominum, sine cappis, quae obser-
vantia nostris temporibus apud quosdam vere videtur abolita;

[1478] ITER AGENTES

ideo ordinamus expresse quod de caetero Priores et aliae personae Ordinis nostri non equitent sine cappis, prout antiqui patres voluerunt, et etiam honestati cujuscumque viri religiosi valde conveniat; qui vero in praemissis inobediens fuerit, clamet culpam suam in proximo subsequenti Capitulo Generali, recepturus de sua inobedientia condignam disciplinam.

1479.- 1441: Insolentiam inauditam seu abusus serius detestabilem, qui, modernis temporibus, certis in Provinciis Ordinis nostri, proh dolor! inolevit, extirpare non immerito cupientes, videlicet quod nonnulli Priores aut Procuratores in itinere constituti, portant cappam ad modum mantelli, caputio a cappa detracto, et in bogiis reposito; alii vero, loco cap-pae, chlamydem secularem non verentur portare, et sic, forma Ordinis abjecta, in scandalum intuentium, et sui Ordinis jacturam et opprobrium, potius Mendicantes quam Cartusienses ab omnibus judicantur. Eapropter, strictius quo possumus ordinamus quod amodo tam Priores quam Procuratores, et quaecumque dicti Ordinis personae chlamydem secularem non portent, nec cappam de qua supra a caputio separatam, sed juxta formam Statutorum honeste dispositam, et cum caputio consutam taliter quod ipso habitu omnibus Cartusienses appareant, ac neminem de caetero scandalizent; alias, qui contra fecerit, re ipsa privetur, districtius nihilominus per Capitulum Generale puniendus, injungentes propterea Visitoribus quod de talibus vel similibus in actu Visitationis seriose inquireant, et si quae repererint, diligenter reformare studeant, ac excedentes in praemissis Capitulo Generali praefato denuntient.

2º: ITER AGENTES: Recto itinere:

1480.- 1454: Et D.N. vadat ad Domum de Padula et in eundo non declinet a recto tramite causa alicujus visitationis cujuscumque personae. (Pr. Lombardiae remotioris).

1481.- 1460: Et D.N. hospes in Domo de Calci prope Pisas vadat ad Domum Vallis Pisii; cui injungimus sub poena inobedientiae ne transeat per civitatem Januae. (Calci; Pr. Tusciae).

1482.- 1475: Et D.N. injungimus quod non divertendo a via recta pergat ad Domum Montis Benedicti suae professionis, et hoc sub poena carceris. (Pr. Lombardiae propinquioris).

1483.- 1485: Et D.N. de Domo Astensi (Pr. Lombardiae propinquioris) vadat ad Domum Montelli (Pr. Tusciae) et caveat ne divertat a recto itinere, alias punietur secundum formam Statutorum.

[1484] ITER AGENTES HIST. II

1484.- 1510: Et D.N...revertatur ad Domum suae Professionis Val-
lis Sancti Petri; ibidem se stabiliat, nec amplius discursat, et revertendo ad Domum suam, non divertat notabiliter a recto itinere. (Pr.Picardiae).

1485.- 1519: D.N...Professus Domus de Paulari (Pr.Castellae) vadat hospitatum ad Domum Pisarum, prout petit, ad Ordinis voluntatem, et vadat per viam maris ad vitandos varios discursus qui per terram fieri possent. (Pr.Tusciae).

1486.- 1524: Et Fr.N...Conversus, hospes in Domo Avinionis, revertatur ad Domum Vernae suae professionis, et recto itinere vadat nec ad Domum Montis Rivi declinet. (Pr.Provinciae)

1487.- 1542: Quoniam nobis relatum est quosdam Monachos Provinciae Franciae, qui de licentia Ordinis, ad certas Domos Ordinis mittebantur, a recto itinere notabiliter deviasse, ac etiam moram non necessariam fecisse, committimus Visitatoribus ut habita de hujusmodi deviatione et mora debita certitudine, culpabiles, more fugitivorum, reconciliari ac debite puniri faciant.

1488.- 1545: Et D.N...propter notabilem diversionem a recto itinere dum de Domo Luvigniaci (Pr.Franciae) rediret ad Domum suae professionis, declaramus fugitivum et ideo reconciliandum esse more Ordinis. (In Domo Vallis S.Hugonis - Pr.Gebennensis).

1489.- 1555: Et D.N...hospes in Domo Januae revertatur ad Domum Astensem suae professionis. Et quia recedens a Domo Mantuae ut iret ad Domum Januae hospitandi gratia, non solum notabiliter, verum etiam nimis scandalose contra formam Statuti divertit a recto itinere, utpote eundo Ferrariam in Provincia Tusciae, et quod deterius est contra ordinationem Illustrissimi Domini Ducis Ferrariae de non visitandis Monialibus, visitavit Moniales Sancti Antonii in dicta civitate, igitur districte injungitur Priori Astensi, ut quamprimum dictus D.N... praefatam Domum Astensem intraverit, ipsum in carcere recludat per 15 dies, et inde eductus sit in disciplina generali ad arbitrium Reverendi Patris Cartusiae. (Pr.Lombardiae propinquioris).

1490.- 1644: Et D.N...ob inordinatam moram 40 dierum vel circa factam in civitate Montis Regalis dum per obedientiam iret ad Domum Montis Sancti Petri maneat in disciplina generali 40 diebus. (Pr.Lombardiae)

1490] ITER AGENTES

1491.- 1689: Et D.N. de Domo SS. Stephani et Brunonis (Pr. Sanc-
 ti Brunonis) vadat ad Domum Mantuae (Pr. Lombardiae) via
 maris et recta usque Livurnum, Pisam et inde Mantuam. (Fre-
 quens erat hujusmodi dispositio).

IUDAËI:

1492.- 1507: Et quoad petitionem factam per Vicarium et certos
 conventuales Domus de Covis ne ab inde recipiantur aliqui
 de genere Hebraeorum, Iudaeorum et Ismaelitarum, nec pariter
 aliqui Neophyti, petitionem ipsam tanquam incivilem declara-
 mus non fore admittendam, eisdem super hoc silentium imponi-
 mus. (Pr. Castellae).

IURAMENTUM:

1493.- 1479: Et veniam accipiat Priorissa Domus Brugis pro eo
 quod in littera quam scripsit juravit. (Pr. Theutoniae).

LABOR MANUALIS APUD CONVERSOS:

1494.- 1592: Quoniam non solum in Ordine nostro sed in veteribus
 omnibus Institutis Regularibus, non ad otium quidem atque
 desidiam quandam, sed ad omnes utiles piosque labores Con-
 versi recipiuntur, absurdum est et contra professionem illorum
 atque naturam, ut qui ea re Conversi fiunt ut laborent, pos-
 tea, Conversi facti, laborare recusent, statuimus ut quicum-
 que posthac recipientur, vel qui jam recepti, nondum tamen
 fecerunt professionem, possint etiam post factam professio-
 nem expelli, si laboriosas vilesque obedientias superbia mun-
 dana quadam facere recusaverint, vel certe recalcitrentur
 quasi coacte perverseque fecerint. Casterum, ne justae quere-
 lae cuidam locum relinquamus, omnino debebunt a Priore hujus
 expresse pacti et conditionis diligenter admoneri, cum et ha-
 bitum suscepturi sunt et solemnem item facturi professionem.

1495.- 1591: Conversos Domus Shenae docemus per suam vocationem,
 post Deo redditam dilectionem et honorem, vocatos esse ad
 poenitentiam et ad labores, quos si recusaverint quantumcum-
 que viles, secundum Apostoli doctrinam, per ciborum subtrac-
 tionem puniantur. (Pr. Theutoniae).

496.- 1768: In Provincia Castellae: Ne multiplicata gente non
 magnificetur laetitia, et ne post Serenissimi Regis Catho-
 lici, sui que Supremi Senatus Decreta, multos ex Fratribus
 Laicis quamvis ad servitium ac laborem receptis otiosos de-
 venire contingat, opportunum nobis visum est eorum numerum
 prudenter imminuere. Quapropter, habito Patris Visitatoris
 et Patrum Priorum consilio, inhibemus ne inclusis Conversis
 et Donatis ullus in posterum recipiatur ultra numerum hic
 subsequentem praefixum, etc.....

497.- 1451: Et Prior Domus Novae Cellae in Grünaw secundum dis-
 cretionem suam moderetur onus Fr. Conradi Pistoris, si gra-
 vatus sit, ne occasionem quaerulandi Capitulo habeat. (Pr. A-
 lemaniae inferioris).

=====
 ATINO UTI ELOQUIO:

498.- 1495: Hortamur omnes et singulos Priores Provinciae Ale-
 maniae Superioris ut amodo non mittant ad Capitulum parti-
 cipationes sigillandas in vulgari scriptas, sed in latino,
 more Ordinis.

499.- 1496: Monemus omnes Priores ut, quia plures minus deli-
 berate recipiuntur ad Ordinem illiterati et indocti, non
 valentes persolvere debita chori nec studiose discere, sed
 neque a fratribus se patienter ad hoc humiliter adhortari,
 studeant subditos suos instituere et cogere in colloquio
 et alias latino uti eloquio, quatenus si non per studium
 lectionis, saltem exercitatione et consuetudine sapere va-
 leant et intelligere ad quae obligantur.

=====
 AUDABILITER VIXIT:

500.- 1495: Obiit D. Guillelmus Baduin, professus Domus Vallis
 Dei qui longo tempore fuit Prior dictae Domus, et laudabi-
 liter 50 annis vixit in Ordine. (Pr. Franciae). (Haec est pri-
 ma commendatio defuncti et hoc est primum "laudabiliter vixit"
 in Chartis Capituli Generalis).

II. LECTIO SCRIPTURAE [1501]

LECTIO SACRAE SCRIPTURAE SEU THEOLOGIAE:

1501.- 1607: Quod pertinet ad lectionem Sacrae Scripturae, juxta Concilii Tridentini praescripta, in singulis Monasteriis habendam, quia haec res arbitrio Reverendi Patris relicta est et restricta ad dies quibus silentium ex Statuto relaxatur; ideo ut Sanctissimi Domini intentioni satisfaciamus, mandamus omnibus Visitoribus ut Domos suarum Provincia- rum in quibus haec lectio commode haberi poterit nobis descri- bant, necnon formam aliquam ejus rei faciendae, ex suo quis- que ingenio praescriptam mittant, ut collatis omnium opinio- nibus, possit aliqua via certa et ratio uniformis a Capitulo Generali praescribi, quae saluti et paci animarum et rectae Instituti nostri disciplinae accommodata esse videatur.

1502.- 1610: Ordinamus ut in omnibus Ordinis Domibus in quibus sunt quindecim Monachi, Religiosi Conventuales habeant Sa- crae Scripturae lectionem singulis diebus spatia mentorum, hoc est semel in hebdomada, quam fieri volumus per unum Monachum praefati nostri Ordinis, et non aliter, a Patribus Prioribus, de consilio Patrum Visitorum, eligendum. Tempus vero, for- mam et materiam praedictae Lectionis habendae, arbitrio cu- jusque Prioris relinquimus, quos serio monemus ut eam fieri curent de rebus ad pietatem et devotionem fovendam pertinen- tibus, juxta Institutum Professionis nostrae.

LIBRORUM EMENDATIO VEL IMPRESSIO: (Vide etiam: 249-253)

1503.- 1533: Ordinamus ut nulla persona Ordinis nostri in Pro- vincia Angliae libros sive tractatus cujuscumque conditio- nis sint, imprimere seu impressioni dare praesumat sine prae- vio examine et assensu Visitorum, sub poena inobedientiae et inhabilitatis ad omnes nostri Ordinis obedientias.

1504.- 1549: Ordinamus ne aliqua persona Ordinis procuret aut faciat imprimi Missalia, Breviaria seu Horas Beatae Mariae aut quoscumque libros alios absque expressa licentia Reveren- di Patris nostri Cartusiae, sub poena absolutionis quoad of- ficiales, et disciplinae generalis quoad caeteros, et sub ea- dem poena ne aliquos Divini Officii Libros, absque consensu et scitu Reverendi Patris nostri jam impressos, praecipue Horas Beatae Mariae per Theobaldum Paganum emere praesumat, aut per alios comparari faciat.

1505.- 1563: Et Vicarius Domus Bononiae diligenter invigilet

II. LIBRORUM IMPRESSIO [1505]

1506] LIBRORUM IMPRESSIO

libris Gradualibus, Antiphonariis et Responsoriis imprimendis, prout Prior eidem ordinaverit. (Pr. Fusciae).

506.- 1600: Et D.N...hospes in Domo Aulae Dei revertatur ad Domum Portae Coeli suae professionis, cujus liber de Vita S.P.N. Brunonis revideatur et corrigatur per Visitatores Provinciae vel per eos deputandos, et correctus et emendatus, Cartusiam mittatur. (Pr. Cathaloniae). (Vide infra: n. 1513).

507.- 1609: Et D.N...de Domo Tornaci vadat ad Domum Papiam ibidem operam daturus impressioni Antiphonarii et aliorum librorum ecclesiasticorum prout illi praescribet Pater Prior dictae Domus. (Pr. Picardiae).

LIBRORUM PROHIBITIO:

508.- 1537: Libros et lecturam Lutheri et Erasmi ac aliorum qui sanam et catholicam doctrinam non sapiunt et Religionis statui impie adversantur interdicimus omnibus personis nostri Ordinis, sub poena disciplinae generalis, super quo Priores et Visitatores diligenter invigilent et pari poena plectant eos qui de praescriptorum opinionibus et erroribus disceptare aut colloquia habere contra hujusmodi voluntatem et Ordinationem nostram praesumpserint.

509.- 1559: Cum per mandatum Summi Pontificis moderni et Generalis Inquisitionis ejusdem plene innotescat qui libri suspecti prohibiti et censurati sint, volumus illam censuram ab omnibus observari, talesque libros prout ibi mandatur consignari.

510.- 1576: Animadvertentes periculum animarum quod omnibus omnium statuum conditionumque hominibus provenit ex prohibitorum librorum lectione et usu, ordinamus quod singularum Provinciarum singuli Visitatores et Convisitatores Domes suas visitando omnes omnium Domerum quarum habent curam, libros visitent, tam in privatis cellis quam communibus bibliothecis constitutos et repositos, idque faciant quam diligentissime fieri poterit, recognoscentes libros devotionis juxta Bullam Pii Quinti praefixam officio gloriosissimae Virginis Mariae correcto et emendato per Decretum Sacri Concilii Tridentini; alios vero libros omnes recognoscant juxta Indicem prohibitorum librorum compositum ex Decreto ejusdem Concilii, et ipsius Indicis regulas, adhibentes etiam alios Indices de hac materia si qui compositi sint ab illarum Provin-

1510] LIBRORUM PROHIBITIO

II. LIBRORUM PROHIBITIO [1511]

ciarum Universitatibus, Episcopis et Inquisitoribus. Et ut commodius dicti Visitatores et Convisitatores hoc negotium expedire possint, adjungant si eis videbitur aptiores quosque Monachos, qui in dictis Domibus reperiuntur, et si opus fuerit, alios etiam theologos, qui in illis morantur partibus, consulant aut consulendos curent; et quod interim omnium et singularum Domorum singuli Piores per se visitent omnes et singulos libros qui in suis Domibus habentur, modo supra-dicto.

1511.- 1576: Ordinamus praeterea quod, quantum ad hanc rem per-
tinet, omnes et singulae personae Ordinis nostri sibi caveant omnino in futurum ab omnibus libris prohibitis per supradictam Bullam et Indices sub poena excommunicationis et aliorum quae in ipsa Bulla et Indicibus continentur, transgressoribus infligenda.

1512.- 1577: Et Prior Domus Sancti Audomari tradat ignibus libros condemnatos a Patribus per Sanctum Concilium Tridentinum deputatis, si quos habet penes se. (Pr. Picardiae).

1513.- 1599: Librum D.N...Professi Domus Portae Coeli, de Vita Sancti Brunonis Patris nostri, propter tot menda quae in illo habentur, supprimendum judicamus, et supprimimus, donec repurgetur. (Pr. Cathaloniae). (Vide supra: n.1506).

1514.- 1646: Mandamus et stricte injungimus Patri Priori de Co-
vis ut quamprimum tradi sibi faciat et statim comburat praesentibus Vicario et antiquiore omnia exemplaria commentariorum in Statuta quae penes se habet aut quorum notitiam habet vel habere potest D. Raphael N...dictae Domus Professor, sub poena carceris eidem D. Raphaeli infligenda. (Pr. Castellae).

1515.- 1653: In Domo de Paulari: Et D.N...praecipimus et mandamus libros seu compendia a se scripta et composita in resolutiones morales P. Dianae sine mora Superiori tradere, prohibentes ne per se vel per aliam quamcumque interpositam personam ea imprimi permittat, revocantes omnem aliam licentiam huic nostro mandato contrariam. (Pr. Castellae).

1516.- 1710: Pro communi nostra sollicitudine pastorali, toto pectore incumbentes servandae integritati nusquam non intactae Ordinis nostri, antiquitate simul ac vetustis moribus venerandi, ne forte quid in posterum temporibus hisce difficillimis et periculosissimis, frumento doctrinae sanioris officiat, juxta effatum illud Evangelicum: "Cum autem dormirent homines venit inimicus homo et superseminavit zizaniam in me-

[1517] LICENTIAE

dio tritici et abiit." Stricte praecipimus ut quam maxima fieri poterit sedulitate ad unguem servetur n.18, Cap.III, Ilae Partis Novae Collectionis Statutorum (hodie mutatus n.16, Cap.III) quem extendi volumus ad omnes omnino libros hujusce temporis redolentes novitates, et cujus tenor talis est:..... (Sequitur hoc decretum, quod idem est ac Ordinatio anni 1576, supra citata de verbo ad verbum sub n.1510).

Ad cujus observantiam quae maximi nobis videtur momenti, omnibus curis vigilent tum Superiores singularum Domorum, tum praecipue Visitatores Provinciarum pro viribus haereditatis sibi commissae a Caelesti Patrefamilias, rationem Deo et Ordini reddituri ne, quod absit, per eorum incuriam, solitariorum nostrorum nativa simplicitas haeresis Iansenianae fuce sordescat, nec satis ab omni vana curiositate et profanis vocum novitatibus intacta remaneat et expedita, atque inde, processu temporis, genuina mens cartusiana quae ad nostram usque aetatem tantummodo poenitentiae studuit et humilitati sensim immutari videatur.

LICENTIAE: (Vide etiam: 254)

- 1°: Licentiae contra Statuta.
- 2°: Licentiae irrationabiles petitae.
- 3°: Licentiae subrepticiae.

1°: LICENTIAE contra Statuta:

1517.- 1519: Quicumque sine scitu et expresso consensu Capituli Generalis seu Reverendi Patris Cartusiae, per se aut quamvis aliam interpositam personam licentias seu dispensationes aliquas contra observantiam et Statuta Ordinis a Sede Apostolica vel legatis ejusdem impetrare praesumpserit, impetratis omnino careat, et si usus eis fuerit, etiamsi licentiae ipsae proprio motu concessae sint, sit perpetuo inhabilis ad quascumque obedientias Ordinis; quod si obedientiam aliquam tunc actu habuerit, absolvatur ab ea; nam dignum est ut qui ab obedientia Ordinis talibus mediis recedere nititur, ab omni obedientia spoliatur.

1518.- 1486: Et licentiam pro qua scripsit D.N... Vicarius sibi denegamus, cum sit contra Statutum expresse. (In Domo Herbipolis - Pr.Alemaniae Inferioris).

1519.- 1542: Et caveat Prior Domus in Tarkan amodo tam injusta et insolita contra integritatem Ordinis petere, alias noverit se graviter puniendum. (Pr.Alemaniae Superioris).

[1519] LICENTIAE

II. LICENTIAE [1520]

1520.- 1568: Quaedam ordinata per Commissarios in Provincia Cas-
==== tellae, maxime in Domibus de Xeritio et de Cassalla, tan-
quam adversantia Statuto et menti Ordinis non confirmamus.

1521.- 1589: Quia multae licentiae tam recreationum quam aliarum
==== rerum contra Statuta multis permissae sunt, praesenti decre-
to omnes illas revocamus et de caetero ne fiant prohibemus.

2º: LICENTIAE irrationabiles petitae:

1522.- 1452: Et de licentia quam petit D.N...allegando Antiqua
==== Statuta per Nova moderata, tanquam irrationabilem denegamus.
(In Domo Vallis Jocosae in Carniola - Pr.Alemaniae Superioris)

1523.- 1470: Et petitionem D.N...non acceptamus, quoniam non ex-
==== petit sibi, et studeat proficere in Ordine et operari salu-
tem animae suae. (In Domo Montis Benedicti - Pr.Lombardiae
propinquioris).

1524.- 1476: Et licentiam quam Prior Londoniarum contra honesta-
==== tem Ordinis petit omnino denegamus, admonentes eum ut de
caetero similia non petat. (Pr.Angliae).

3º: LICENTIAE subrepticiae:

1525.- 1450: Et quia Reverendus Pater Cartusiae minus informatus
==== aliquas licentias seu dispensationes concessit, illas Visi-
tator in Domibus suae Provinciae consideret cum potestate
confirmandi si videbitur, aut alias modificandi, seu in par-
tem vel in totum revocandi, et illos qui tales informationes
dicto Reverendo Patri dederunt, juxta formam Ordinis punien-
di. (Pr.Castellae).

1526.- 1460: Et injungimus Visitoribus quod Domum de Trisulto
==== habeant quam citius commode poterunt visitare et justitiam
ministrare, et ferventissime laborare cum Domino nostro Papa
quatenus in omnem eventum Bulla scandalosa quam D.N...impe-
travit, pro consolatione totius Ordinis et bono exemplo in
futurum revocetur.....(Pr.Lombardiae remotioris).

1527.- 1461: Et committimus Priori Florentiae ut habeat licen-
==== tiam in forma originali concessam per Dominum Cardinalem
Columna Protectorem nostrum D.N...Monacho dictae Domus, ad
finem quod pro zelo Ordinis conservando ad exemplum aliorum
eam faciat revocari. (Pr.Tusciae).

II. LICENTIAE [1527]

[1528] LITES

LITES: (Vide etiam: 255-257)

1528.- 1444: Monemus seriose Priorem et Conventum Domus de Pau-
==== lari ut litigiis inceptis finem imponant, quoniam litigia,
ultra intuentium scandala, consumunt personas et bona. Et si,
quod absit, aliquis de Conventu vel aliqui, in consiliis aut
tractatibus Domus ad litigia promovenda importune se ingere-
rent, Prior et Visitator illum vel illos valeat a consiliis
et tractatibus penitus remove, et cum quietis et pacificis
claustralibus, adhibito consilio amicorum Domus et expertor-
um, negotia suae Domus, anfractibus litigiorum et sumptibus
omissis, possit et valeat exemplariter peragere, nullum in
haec parte palpando quomodolibet seu timendo. (Pr.Castellae).

1529.- 1450: Priori Domus Vallis Viridis non fit mia. Et quia
==== ratione curiae parlamenti multi de Ordine confluunt ad dic-
tam Domum, volumus et Priori praedicto mandamus quod pro re-
levamine suo et Domus taxam in Statutis expressam a personis
Ordinis habeat exigere. (Pr.Franciae).

1530.- 1468: Et quia intelleximus quia aliqui Religiosi Domus
==== Glanderii intromittunt se nimis de factis Domus, praecipue
de litigiis movendis et prosequendis, ordinamus quod ab il-
lis desistant et dimittant ea Priori et aliis peritioribus.
Et monemus Priorem et Conventum dictae Domus ut concordent
cum parte super quadam causa pendente inter eos, propter pe-
riculum succumbendi, et pro securiori ut amicis Domus consu-
lant. (Pr.Acquitaniae).

1531.- 1451: Priori Domus juxta Shene non fit mia. Et quia su-
==== per injuncione sibi facta in Charta Capituli anni praete-
riti super certis processibus contra ipsum et Domum suam
fulminatis et ad valvas Ecclesiae Domus Majoris Cartusiae
affixis et sibi transmissis, isto anno nihil respondit neque
in aliquo satisfecit, ipsum dure reprehendimus. Cui etiam
Priori, praedictam ob causam, transmittimus quandam citatio-
nem super eadem materia isto anno valvis Ecclesiae dictae
Majoris Cartusiae, pendente Capitulo Generali, non sine
scandalo Ordinis affixam, districte ipsum monentes quatenus
cum consilio Visitorum, sic se habeat in praedictis quod
Ordo de ipso valeat contentari, ne ordinata per Capitulum
sub dissimulatione videatur ducere in contemptum. (Pr.Angliae).

1532.- 1504: Priorem Domus Montis Rivi monemus ut processibus
==== pendentibus finem imponat quam citius poterit, nec alium
processum sine consilio Visitoris de novo incipiat.
(Pr.Provinciae).

[1532] LITES

1533.- 1563: Et lis quae est inter Conventum Domus Lucae et
 quosdam Dominos vicinos terminetur per arbitros per am-
 bas partes eligendos. (Pr. Tusciae).

1534.- 1568: In Domo Neapolis: Hortamur Venerabilem Patrem
 Priorem dictae Domus, ut juxta gratiam sibi datam, proces-
 sus et litigia quae adversantur religioni et Christi discipu-
 lis, juxta Apostolicam traditionem, componat, dirimat et ter-
 minet, melioribus via et modo quibus poterit, pro Ordinis ho-
 nore, et etiam omnia alia litigia ejusdem Provinciae. (Pr.
 Lombardiae remotioris).

1535.- 1570: Priorem Domus Montis Rivi hortamur ut processus
 et lites terminet. (Pr. Provinciae).

1536.- 1572: In Domo Sanctorum Stephani et Brunonis: Et ne Mo-
 nachi cogantur bini habitare sub eodem tecto, ordinamus ut
 pro constructione claustrum Monachorum assignentur solutiones
 fiscales Terrae de Stylo quae in alium usum converti non pos-
 sint, donec fabrica fuerit perfecta, super quam per commissa-
 rios constituatur unus Procurator specialis, nec officiales
 Domus immisceant se ullo modo in iudiciis vel actibus in
 quibus est periculum irregularitatis sed omnia hujusmodi ex-
 pediantur per deputatos Monasterii seculares tantum et ido-
 neos. (Pr. Lombardiae remotioris).

LITTERAE: (Vide etiam: 258-276)

- 1°: Ad Capitulum Generale vel Reverendum Patrem:
 - a) Quomodo scribere.
 - b) Priores non debent impedire.
 - c) Secretum non infringere.
 - d) Monitiones ad eos qui nimis scribunt.
 - e) Monitiones ad eos qui inconsulte scribunt.
- 2°: Ad Superiores Majores.
- 3°: Anonymae.
- 4°: Furtivae.
- 5°: A Principibus sive recommendationis.
- 6°: Testimoniales.
- 7°: Litterarum frequentia.

1°: LITTERAE AD CAPITULUM GENERALE VEL R.P.:

- a) Quomodo scribere:

1537.- 1359: Qui scribent futuro Capitulo Generali, pro praefa-

[1538] LITTERAE I

tionem et salute praemittant: "Salutem et pacem. Noveritis etc...etc...", breviter enarrando, concludant: "Sancta Trinitas dirigat vos in agendis". Et in exteriori parte litterae se subscribant, et qui tunc scribent Domino Cartusiae super annum responsionem expectent.

1538.- 1468: Et Monacho illo quaerenti declarationem quorundam dubiorum, responsum fuisset si in littera sua, juxta Ordinationem Capituli, locus patuisset. (In Domo Montis Sancti Joannis Baptistae prope Friburgum -- Pr. Rheni).

b) Priores non debent impedire:

1539.- 1577: Grave nimis ferimus quorundam nostri Ordinis Priorum aut etiam aliorum audaciam qui litteras quas Monachi ad Reverendum Patrem Priorem Cartusiae dirigunt, retinere aut etiam intercipere non verentur, necnon eas interdum quibus idem Reverendus Pater respondet aut satisfacit, Monachis non dubitant celare aut occultare, ita ut non pauci gravi moerore interdum conficiantur quibus Reverendus Pater consolationis officium praestare saepebat; quamobrem prohibemus sub poena Statuti inviolabiliter servanda ne quis posthac simile quid audeat quocumque praetextu attentare. Super quo Visitatores diligenter invigilent, et quos in scrutinio Visitationis aut alias hujus delicti reos deprehenderit absque misericordia puniant, poena etiam graviore quam praescribit Statutum, si pluries aut saepe praevericatos resciverint.

1540.- 1473: Nec de caetero Prior Domus in Snals prohibeat filios suos mittere cum occurrente nuncio litteras etiam clausas Visitatori Principali Provinciae. (Pr. Alemanniae Superior.).

1541. 1585: Et amodo caveat Prior Domus de Aniago directe vel indirecte impedire personas Ordinis ne scribant ad R.P. aut ad Capitulum Generale alioquin ipso facto censeatur absolutus. (Pr. Castellae).

c) Secretum non infringere:

1542.- 1389: Facta est quaerimonia Capitulo Generali quod quidam litteras missiles aperiunt contra Dei timorem et debitum honestatis. Idcirco inhibemus expresse, ut nulla de caetero persona Ordinis subditus vel Praelatus litteras quae mittuntur eidem Capitulo vel Domino Cartusiae vel quas Priores seu Rectores ad invicem mittunt aperiant absque mittentium voluntate. Si quis scienter contra fecerit, ipso facto poenam inobedientiae incurrat, a qua non possit absolvi nisi

[1542] LITTERAE

II. LITTERAE [1543]

si prius fecerit tres abstinencias absque illis ab Ordine constitutis. Et quodcumque habebit aliquis Conventus scribere Domino Cartusiae vel Capitulo Generali, Monachus vel Conversus, manu propria se subscribat.

1543.- 1407: Curiositatem reprehensibilem aliquorum qui litteras missiles Priorum et aliarum personarum Ordinis, et quod est gravius, et Prioris Cartusiae, violare seu aperire praesumunt, arguimus et detestamur. Et ne modicum in tali temeritate sibi videantur offendere, diligenter attendant Ordinationem Capituli quae de hac materia loquitur, anno Domini 1389 factam. Si quis autem ulterius in hoc offendisse deprehendatur, expectet etiam aliam a Capitulo Generali disciplinam.

d) Monitiones ad eos qui nimis scribunt:

1544.- 1396: Monemus Priorem Vallis Josaphat ut de caetero non ita prolixè scribat Capitulo Generali, quia suis longis et prolixis scriptis Patres Diffinitores fuerunt multum at- taediati. (Pr. Alemaniae Superioris).

1545. 1427: Et quia D.N. non se emendavit sicut saepe promi- sit, sed iterum suis superfluis scriptis et inordinatis petitionibus Capitulum vexare non formidat, imponimus ei perpetuum silentium super his et similibus sub poena carce- ris. (In Domo Vallis Jocosae - Pr. Alemaniae Superioris).

1546.- 1460: Ordinamus quod personae Ordinis quae hactenus con- sueverunt scribere Reverendo Patri Cartusiae ad partem, cum sit res importabilis, attenta multiplicatione Domorum Ordinis et negotiorum, amodo scribant copulative, scilicet Priori Cartusiae et Diffinitoribus Capituli, alias nihil expectent.

1547.- 1470: Et D.N. amodo non scribat litteras Capitulo Gene- rali, sicut saepe fecit, sine causa. (In Domo Vallis Sanctae Mariae - Pr. Provinciae).

1548.- 1476: Et D.N. amodo compescat suas excessivas nuntiatio- nes et scripturas, alias providebitur taliter quod cedet caeteris in exemplum. (In Domo de Covis - Pr. Castellae).

1549.- 1493: Et quia D.N. consuevit aliqua falsa Reverendo Pa- tri Cartusiae scribere et infestare Capitulum Generale suis frivolis scripturis, et sit solus scriptus in eisdem cum sint plures seniores in illa Domo, comedat ad terram quinquies de gratia magna sibi concessa. (In Domo Bonipassus - Pr. Provin- ciae).

[1550] LITTERAE II

- 1550.-1496: Et Fr.N...non infestet amplius Capitulum de suis
==== querelis quae jam sunt determinatae, aliter disciplinam
Ordinis incurret. (In Domo Parmae - Pr.Lombardiae propinq.).
- 1551.- 1500: Et quia D.N...ad longum scripsit, non vacabat Dif-
==== finitoribus sibi respondere, circa alia occupatis magis ne-
cessaria. (In Domo Confluentiae - Pr.Rheni).
- 1552.- 1522: Et D.N...cui per Chartam Capituli Generalis saepius
==== est inhibitum ne frivolis suis scriptis Capitulum molesta-
ret et non obedivit; ideo sit per unum mensem in disciplina
generali. (In Domo Parisiensi - Pr.Franciae).
- 1553.- 1526: Et D.N...se stabiliat, nec super annum suis litte-
==== ris molestus sit Reverendo Patri nostro Cartusiae, sub poe-
na quamprimum scribere praesumpserit imponenda. (In Domo Val-
lis Sancti Hugonis - Pr.Gebennensis).
- 1554.- 1578: In Domo Nannetarum: Videant et discutiant diligen-
==== tissime Visitatores causas tot scriptitationum et quaeri-
moniarum quae deferuntur ad Reverendum Patrem, et culpabiles
rigidissime puniantur. (Pr.Franciae).
- 1555.- 1604: Et D.N...abstineat a frequentibus, indiscretis et
==== malevolis scriptitationibus. (In Domo Bellilarici - Pr.
Franciae).
- 1556.- 1609: D.N...imponimus perpetuum silentium et abstineat
==== a suis scriptitationibus, ut alias fuit per Capitulum mo-
nitus. (In Domo Prateae - Pr.Franciae).

e) Monitiones ad eos qui inconsulte scribunt:

- 1557.- 1425: Et quia D.N...irreverenter et derisorie scripsit
==== diffusius, ter ad terram comedat in refectorio sine pita-
tia. (In Domo in Axpach - Pr.Alemaniae Superioris).
- 1558.- 1432: D.N...qui Capitulum suis frivolis scriptis et mi-
==== nus veridicis saepe inquietavit imponimus silentium, sub
poena criminorum, quod de caetero non scribat praefato Ca-
pitulo, nisi quatuor de senioribus secum subscribant. (In
Domo in Monichusen - Pr.Rheni).
- 1559.- 1433: Quia multae personae Ordinis minus discretae imo
==== potius inverecundae et impudentes, non ex zelo Ordinis,
sed ex tentatione, indignatione, aut alia quavis corrupta
intentione, non habentes zelum secundum scientiam, scribunt
Capitulo Generali vel Reverendo Patri Domino Cartusiae con-

II. LITTERAE [1560]

- tra Visitatores, Priores, Conventus, seu alias personas Ordinis, occasione sumpta ex pluribus locis Statutorum ubi licentia scribendi datur; ideo ad talium audaciam reprimendam, ordinamus quod nulla persona Ordinis accusatorie, delatorie seu quaerulose scribat Capitulo Generali vel Reverendo Patri Cartusiae super annum nisi prius, etc...etc...etc...
- 1560.- 1439: Et imponimus D.N...silentium perpetuum super suis
==== frivolis, importunis et fantasticis petitionibus et quaerulosis super quibus, si amodo appellaverit, diro carceri mancipetur. (In Domo Montelli - Pr.Tusciae).
- 1561.- 1449: Et D.N...Reverendo Patri et Capitulo scribenti sa-
==== tis incircumcise et inculte, propter bonum pacis et honestatis, respondetur ad partem...(In Domo Trevirensi - Pr.Rheni)
- 1562.- 1450: Prohibemus D.N...de caetero scribere Capitulo Gene-
==== rali vel Reverendo Patri nisi cum subscriptione Prioris sui vel saltem quatuor seniorum de Conventu ubi pro tempore fuerit, attentis quod frivolis et praeter necessariis dubiis, insuper et inordinatis scriptis suis, prout de ipsorum falsitate per litteram Conventus dictae Domus et per Cartam Visitorum sufficienter informati sumus, multis jam annis Capitulum et Reverendum Patrem praeterneccessarie occupavit. Super quibus etiam silentium ei imponimus sub poena criminorum... (In Domo Trevirensi - Pr.Rheni).
- 1563.- 1463: Et D.N...de querelis suis incultis imponimus silen-
==== tium, nec de caetero de his scribat ad Capitulum, quia non dabitur sibi audientia. (In Domo in Gemniko - Pr.Alemaniae Superioris).
- 1564.- 1469: Et quia D.N...nimis prelixo, confuse et irreveren-
==== ter scripsit, non respondetur sibi pro praesenti. (In Domo de Witham - Pr.Angliae).
- 1565.- 1478: Et super ineptis scriptis D.N...Monachi Domus Ca-
==== pellae, quibus contra Ordinem et suos Superiores verba et scripta multiplicat quae secundum Ordinationem Capituli Generalis responsum non merentur, imo nec inspectionem, imponimus sibi perpetuum silentium sub poena carceris..... (Pr.Theutoniae).
- 1566.- 1481: Et litteris praedicatoriis D.N...Monachi Domus Ca-
==== pellae, supervacuum judicavimus respondere, et imponimus ei silentium, et ut conformet se bene instituto Conventui suo. (Pr.Theutoniae).

II. LITTERAE [1566]

[1567] LITTERAE

1567;- 1485: Et D.N...abstineat se ab insolentiis scripturarum
==== suarum, alias graviter punietur. (In Domo Vedanae - Pr.Tus-
ciae).

1568.- 1493: Et quia D.N...non cessat Capitulum molestare suis
==== litteris ineptis et irreligiosis, teneat cellam pro carce-
re, nisi tempore Divini Officii, quo aperiatur sibi per ali-
quem per Priorem deputatum. (In Domo Papiæ - Pr.Lombardiae
propinquioris).

1569.- 1533: Et D.N...de caetero non scribat Capitulo Generali
==== vel Reverendo Patri nostro Cartusiae donec Psalterium et
alia quae Ordinis nostri sunt didicerit. (In Domo Parci -
Pr.Franciae).

1570;- 1546: Et D.N...amplius non inquietet Reverendum Patrem
==== nostrum Cartusiae super missione sua, sed studeat suae sa-
luti. (In Domo Vallis Sanctae Mariae - Pr.Provinciae).

1571.- 1615: Et D.N...habens patientiam in sua petitione discat
==== resignatius et modestius scribere suis Superioribus. (In
Domo Dulmaniae - Pr.Rheni).

2°: LITTERAE ad Superiores Majores:

1572.- 1483: Et D.N...cum suis adhaerentibus in littera sua non
==== nominatis quia tam irreverenter et tam praesumptuose scrip-
serunt suis Visitoribus, careant colloquio claustrum per sex
septimanas. (In Domo Amsterdam - Pr.Theutoniae).

1573.- 1485: Et D.N...qui nimis invective ac arroganter suo Vi-
==== sitatori scribere ausus est ut patet ex litteris coram Dif-
finitoribus productis, ad terram in refectorio semel comedat,
atque claustrum colloquio duobus mensibus careat et caveat ne
de caetero talia praesumat, alioquin...(In Domo Hollandiae -
Pr.Theutoniae).

1574.- 1719: Et D.N..., in capitulo, propter injurias contra
==== Patrem Visitatorem scriptas litteras, petat veniam et sit
per tres menses ultimus ubique in Conventu, et comedat in re-
fectorio ad terram, ac de caetero sit in scribendo cautior
ac erga Superiores reverentialior. (In Domo Buxiae - Pr.Ale-
maniae Inferioris).

3°: LITTERAE Anonymae:

1575.- 1461: Et super contentis duarum litterarum de Domo Hil-
==== desheim Capitulo Generali missarum, quia nullus in eisdem

1575] LITTERAE

se subscribit, nihil respondetur. (Pr. Saxoniae).

1576.- 1477: Et quia quaedam littera diffamatoria scripta fuit
 --- Capitulo Generali de Domo Vallis Benedictionis, tacito no-
 mine scribentis, ordinamus quod quicumque sit ille qui scrip-
 serit, maneat in disciplina generali usque ad debitam satis-
 factionem, parique poena plectantur scientes et consentien-
 tes ut omnibus cedat in exemplum. (Pr. Provinciae).

1577.- 1580: Quia multi, nostra tempestate, in dedecus et per-
 --- niciem Ordinis nostri multa moliuntur inusitata ratione
 scribendi, suppressis nominibus, ne tantum malum in dies la-
 tius serpat, excommunicamus et excommunicatos esse ac omni
 officio et voce privatos declaramus omnes et singulos qui
 falso Ordinem nostrum aut ejus Praelatos seu eorum aliquos
 aut aliquem praedicto modo infamaverunt, aut in posterum
 infamabunt. Item omnes et singulos qui naturam Instituti
 nostri, jam per 500 annos, unanimi omnium consensu, pie et
 religiose conservatam, quantum in ipsis est, funditus evertete
 nuper conati sunt aut in futurum conabuntur, nisi et do-
 nec satisfecerint iudicio Reverendi Patris Cartusiae aut al-
 terius Visitorum aut alicujus ab altero eorum deputandi.
 Similiter excommunicamus omnes et singulos qui authores tan-
 tae infamiae et Ordinis nostri ruinae cognoverunt, cognos-
 cunt aut cognoscent, nisi eos Capitulo Generali aut Reverendo
 Patri vel saltem alteri ex Visitoribus suae Provinciae
 quamprimum commode poterunt, manifestaverint. Quod si quid
 ii aut alii in Ordine nostro aut in ejus quibuslibet perso-
 nis existiment esse reprehensione vel punitione dignum,
 scribant apertis nominibus suis quibus debent, ut in veros
 delinquentes juxta juris formam possit animadverti. Porro
 excommunicationis hujus absolutionem reservamus Reverendo
 Patri aut Visitoribus aut alteris deputando ab eis.

1578.- 1654: In duabus Provinciis Hispaniae: Quia saepe anony-
 --- mae litterae Visitoribus et Prioribus, ad terrorem eis
 incutiendum, furtim, etiam in altari et in sede Prioris sub-
 jiciuntur, si quid tale deinceps contigerit, diligenter in-
 quiratur de earum authoribus, qui, si deprehensi fuerint,
 acriter et severe puniantur.

4°: LITTERAE FURTIVAE: (Vide: 268-270)

5°: LITTERAE a Principibus seu Recommendationis:

1579.- 1528: Quanquam nostrum Generale Capitulum hactenus sub-
 --- ditum suorum saluti et consolationi absque inordinata
 personarum acceptione satis prospexit et prospicit; non-

[1580] LITTERAE . II

nulli tamen nostri Ordinis in animarum suarum periculum et nostrae Religionis confusionem, a Regibus et Principibus ac utriusque Status Magnatibus, litteras comminatorias vel requisitorias impetrare ad Capitulum nostrum Generale, vel super annum ad Reverendum Patrem nostrum Cartusiae non venturum. Huic autem praesumptione obviare volentes, ordinamus et praesentium tenore declaramus personas quarum gratia de caetero tales litterae mittentur, ad nostri Ordinis obedientias esse et perpetuo fore inhabiles.

1580.- 1460: Cum juxta tenorem Ordinationis Capituli Generalis anni 1413, quaecumque persona Ordinis quae per se vel per alium impetraret vel afferret litteras quorumcumque Principum vel Dominorum Ecclesiasticorum vel Laicorum ad Capitulum Generale vel Reverendum Patrem Cartusiae deprecatorias vel comminatorias, super institutione vel destitutione cujuslibet personae vel officii vel administrationis cujuslibet Ordinis nostri, si persona pro qua scriptum esset obedientiam obtinuisset, ipso facto hujusmodi illa obedientia erunt privati, vel alias inhabiles pro quacumque nostri Ordinis in posterum dignitate obtinenda. Et licet dicta Ordinatio fuerit solemniter confirmata, nonnulli, suae salutis obliti et diabolica ambitione caecati, procurant similes litteras callide in sui ipsorum confusionem, potiusquam, ut decipiuntur, favorem diutim non cessant ad dictum Capitulum, ad praefatum Reverendum Patrem Cartusiae similes litteras mendicatas multiformiter apportare sive mittere, vel alias per indirectum apportari facere. Idcirco volentes merito, ut tenemur, periculis animarum intolerabilibus obviare, intimamus omnibus personis Ordinis qui talibus fuerunt temeritatibus hactenus implicati, quod vigore dictae Ordinationis absoluti sunt ab administrationibus ipso facto, ideoque debent tam sibi quam in caeteris personis Ordinis sibi subditis providere cum privati sunt regimine ac potestate careant ligandi et absolvendi. (Haec Ordinatio habuit occasionem in facto Prioris Domus Divionis qui rebellis erat cum protectione Ducis Burgundiae).

1581.- 1496: Et amodo Prior Domus Trisulti non procuret litteras a saecularibus in commendationem sui vel suae Domus. (Pr. Lombardiae remotioris).

1582.- 1497: Cum ad nostram notitiam venerit quod nonnulli Priores res procurant sibi litteras commendatitias a Monachis suis Capitulo dirigendas ut manuteneantur in officiis suis et ex ipsis litteris multae subornationes fiant et generentur displicentiae in cordibus aliquorum; idcirco ordinamus quod qui-

[1582] LITTERAE

II. LITTERAE [1583]

cumque Prior tales litteras commendatitias procuraverit per se vel per alium aut procurantibus consenserit, ipso facto sit suspensus ab officio suo per tres menses, Monachi vero tales litteras scribes non possint absolvi nisi cum injunctioe trium abstinentiarum in pane et aqua.

1583.- 1498: Ordinationem anno praeterito factam quae incipit:
==== "Cum ad nostram notitiam, etc..." in qua agitur de litteris comendatitiis quas extorquent Priores a Monachis, sic innovamus, videlicet, quod tales Priores absolvantur ipso facto per Visitatores aut per Capitulum Generale, et Monachi contra facientes ipso facto sint in disciplina generali ad Ordinis voluntatem.

1584.- 1566: Et in futurum Prior Domus SS. Stephani et Brunonis
==== satagat potius bono regimine quam litteris Illustrissimorum Cardinalium Capitulo Generali commendari, alias Ordo providebit. (Pr. Lombardiae remotioris).

6°: LITTERAE Testimoniales: (Vide: 272)

7°: LITTERARUM Frequentia:

1585.- 1458: Et inhibemus D.N...ne amodo curet frequentare et
==== importune scribere litteras quae cedunt in scandalum Ordinis et detrimentum animae suae, et hoc sub poena inobedientiae. (In Domo Vernae - Pr. Provinciae).

1586.- 1481: Et D.N...pro eo quod praesumptuose et inhoneste
==== scribere non cessat Priori Domus in Aypach sit novitius per mensem, et imponimus ei silentium, ut amodo taliter scribere desistat, alioquin acrius punietur. (Pr. Alemaniae Superioris).

1587.- 1522: Et D.N...mittatur ad discretionem Visitorum ad
==== aliquam Domum Provinciae. Cui per Capitulum Generale scribendarum litterarum ad quoscumque interdicitur facultas sub poena disciplinae generalis. (In Domo Bellae Vallis - Pr. Angliae).

1588.- 1571: Et D.N...quiete et pacifice vivat, ori suo fraenum
==== imponat, et scribendi finem faciat, maxime secularibus. (In Domo Scalae Dei - Pr. Cathaloniae).

1589.- 1610: Et prohibemus ne amplius D.N...ministretur copia
==== scribendi. (In Domo Scalae Dei - Pr. Cathaloniae).

II. LITTERAE [1589]

[1590] LITTERAE

1590.- 1637: Et D.N...perseveret in carcere, nec detur ei char-
==== ta et caetera ad scribendum necessaria nisi cum causae co-
gnitione. (In Domo Leodii - Pr.Theutoniae).

1591.- 1671: Et D.N...contineat calamum in scribendo. (In Domo
==== Bononiae - Pr.Tusciae).

MAGISTER NOVITIORUM: (Vide etiam: 277-279)

- 1°: Dotes requisitae.
2°: Fit mentio hujus officii.

1°: MAGISTER NOVITIORUM: Dotes requisitae:

1592.- 1578: Et D.N...Vicarius perseveret in officio, et dili-
==== gentiam suam continet in instruendis Novitiis amore Dei
et Ordinis. (In Domo in Gemiko - Pr.Alemaniae Superioris).

1593.- 1585: Et Vicarius Domus prope Brunam Novitios instituat
==== cum mansuetudine et humanitate decenti. (Pr.Alemaniae Sup.).

2°: MAGISTER NOVITIORUM: Fit mentio hujus officii:

1594.- 1456: Priori Domus Vallis Clarae fit mia, sed Prior ab-
==== solutus remaneat in eadem Domo pro exemplari instructione
Monachorum dictae Domus qui non ad plenum instructi sunt.
(Pr.Acquitaniae).

1595.- 1491: Et in Domo Montis Rivi, D.N...cum sit ibi necessa-
==== rius pro instructione et reformatione caeterorum juvenum
ipsius Domus, prout accepimus relatione tam Visitatorum quam
Prioris ipsius Domus ibidem perseveret saltem ad tempus.
(Pr.Provinciae).

1596.- 1492: Vicarius Domus Erfordiae vadat hospitatum ad Domum
==== Mariae Annuntiatae prope Conradsburg, pro instructione No-
vitiiorum, ad tempus. (Pr.Alemaniae Inferioris).

1597.- 1562: Et D.N...habeat patientiam in petitione sua, quia
==== est necessarius ibi pro directione juvenum. (In Domo Petrae-
Castri - Pr.Burgundiae).

1598.- 1567: Et D.N...hospes in Domo Montis Hilaris (Pr.Cathalo-
==== niae vadat hospitatum ad Domum Avinionis pro directione No-
vitiiorum... (Pr.Provinciae).

[1598] MAGISTER NOVITIORUM